



1722.

1. Beckius, Caspar Schallius : *De usus ex iportis
prostantibus*
2. ⁼ Beckius, Caspar Schallius : *De vera in sole fundi-
ct appari: nobis 2 Sept. 1722 - 1757*
3. Bilsfinger, Georgius Bernhardus : *Detriplice verana
cognitione, historica, philosophica et mathematica.*
4. Brumquellius, Dr. Salmas : *De conditione: si non
supponit ultimus voluntatis adiecta.*
5. Florentius, Ioannes Eucherius : *De praerogativa iuris
canonici propter iure Iustinianus et utriusque iuris
differentis.* Rec. 1757
6. Fries, Dr. Bernh., Prof. iur. Decanus : *Contra Erdmannum
Krieg ... lectionem sollemnem in scit programmata
amplificati.*
7. Krieg, Prof Erdmann : *Fus fisi: mors imperio hanc
caecare.*



6722

8. Zolber, Christoph: *De mulattione for-
marum in vestibus*

9. Schmeizel, Martinus: *De lata Imperatoris, quem Tyrannus
Russorum sibi dari praebet dicit.*

10. Schroeterus, Dr. Christianus: *Ex-pars. Socanni: Programme,
lectiorum auspiciis. Pini. Philippi Wnefferthi prae-
missione.*

11. Steuglius, Ioannes Philippus: *De secundale religiosis*

12. Thunius, Burcardus Gottschalk: *De jure luctuorum
in Thuringia.*

13. Thunius, Burcardus Gottschalk: *Historia Pontificum
Vanta-Tantum burgicorum*

14. Wildogelius, Christianus: *Varia praeiudicia, circa
usurpationem et præscriptionem pessim insoluta.*

1722/4
5

H. Block, De rebus, et non impedit.

DISSERTATIO JURIDICA
DE CONDITIONE:
SI NON NVPSERIT, VLTIMIS
VOLVNTATIBVS ADJECTA.
Quam
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO
DOMINO
GVILIELMO HENRICO
DUCE SAXONIÆ, JULIACI, CLIVIÆ, MONTIUM
ANGARIAÆ ET WESTPHALIAÆ, & RELIQUA
CONSENSU ILLISTRIS FACULTATIS JURIDICÆ
SUB PRÆSIDIO
J. SALOMONIS BRUNQVELLIJ
J. U. D.
PATRONI AC PRÆCEPTORIS SUI OMNI OBSERVANTIAE
CULTU PROSECVENDI
IN ILLUSTRI ACADEMIA JENENSI
MDCCXXXII. d. MAJ.
PVBlico ERVDITORVM EXAMINI SVEMITTET
HEINRICUS BLOCK,
Esena Frisius.

JENAE,
LITTERIS MARGGRAFIANIS.

ALLEGORIA
IN VENATIONE
SALVATORIS

GAETELMO HENRICO

DUCE AERONAUTICO DI CAVOUR

CONSENSU TUTTI EL TECNICOI IN RICERCA

TO AUTOMOBILIS BRUNO ALFINI

TATTORE DI PIEMONTE IN OMEI DEDICATA

COLONNA MUSICA

IN MUSICA AGO MI LEADER

MECCANICO E UN

MUSICO AUTOMOBILISTI

HENRICO ELOCIO

Eugenio Alfani

LEADER

PIRELLI GOMMIFERA



DOCTISSIMO RESPONDENTI

S P D.

P R A E S.

VAlde mihi placuit Dissertation tua doctissime BLOCKI,
partim quod in origines Juris à Te pertractati in-
quisiveris, illudque ex ipsis fontibus, antiquitatibus scil.
Ebræorum, Græcorum, ac Romanorum per varias æta-
tes ad Imperatoris Justiniani usque tempora perduxeris,
partim quod dein praxin cum Theoria feliciter conju-
xeris. Ad primum enim quod attinet, illorum mihi
semper arrisit institutum, qui dum juris materiam quan-
dam sibi elaborandam proponunt, illam à primis initiis
repetunt, causas ejus, origines, ac vicissitudines accurate
indagant, & denique, quid in foris nostris circa eam ob-
tinet, indicant, opinionibusque celebriorum Doctorum,
ac Scabinatum præjudiciis confirmant. Ipse sacratissi-
mus Imperator Justinianus, dum in Institutionibus suis
de Testamentis agit, præcipit, illorum originem repetere,
ut nihil penitus antiquitatis ignoretur. Eandem juris
veteris & novi coniunctionem in T. Aristonis laudibus
Plinius Libri 1. Epist. 22. & Lib. 8. epist. 14. ponit. Ad
secundum quod refert, perutilis & frequens in foris nostris
est disputatio de conditione: si non nupserit, ultimis vo-
luntatibus addita, cum mariti nil magis optent, quam-
quod

quod illorum viduæ amorem mutuum perpetuâ viduitatis castitate repandant, ac cum Didone apud Virgilium
L.6. Aeneid. canant:

Ille meos primus qui me sibi junxit, amores,
Abstulit, ille habeat secum servetque sepulchro.

Quo liberi eorum per secundas nuptias non defrauderentur, vel defunctus ejusque familia, si secundæ nuptiæ forsan essent infelices, injuria quadam afficeretur. Vtrumque optimè pertractasti; Hinc gratulor Tibi de eruditio hocce specimine edito, gratulor parentibus tuis de filio, cūjus mores ac industria amplissimam gloriæ ac felicitatis messem augurantur. Pergas modo ea, quā incepisti viā, tunc non deerunt justa diligentia. Tuæ studiorumque præmia, quæ ut feliciter eveniant, animitus appreeor atque voveo, Scrib. Jenæ d. Maj. Anno MDCXXII.

COROLLARIA.

Non datur jus Gentium à jure Naturæ diversum.
Servitus non est contra jus Naturæ
In liberorum nuptiis parentum subsequens ratihabitio
hodie sufficit.
Jurisdictionis modernæ forma non ex Jure Romano est
djudicanda
Legitimati etiam per subsequens matrimonium in feudis
non succedunt.



ISSERTATIONIS CONSPECTUS

DE
CONDITIONE SI NON NUPSERIT : ULTIMIS VO-
LUNTATIBUS ADJECTA.

- §. 1. Matrimonii commendatio.
mul PETRUS MÜLLERUS, BRUS-
SELII & PETRUS de GREVE.
§. 2. Favor matrimonii odium-
que ecclibatus & viduitatis
apud Ebræos & Græcos.
§. 3. Apud Romanos veteres.
§. 4. De origine ac dispositione
Legis Juliae & Papiae Poppeæ.
§. 5. Quod lex Julia tempore
prior fuerit Lege Papiae Pop-
peæ.
§. 6. Notantur Cujacius &
FRANTZIUS, qui diversam ha-
rum Legum fuisse sententiam
existimant.
§. 7. Quod Lex Julia & Papia
Poppeæ conditionem; si non
nupserit, ultimis voluntatibus
adjectam, rejecerit.
§. 8. Dispositio legis Juliae & Pa-
piae circa conditionem: si non
nupserit, ultimis voluntatibus
additam.
§. 9. Quenam JULIANI & MEC-
CIANI de hâc conditione fiduci
commissio addita fuerit sen-
tentia, & an CAJUS cum illis
conciliari possit notantur si-
- §. 10. Quid PAPINIANUS de hæc
conditione fenserit?
§. 11. TERENTII CLEMENTIS de
hâc conditione sententia.
§. 11. & 13. Quod hæc conditio
ultimis voluntatibus adjecta,
pro non addita fuerit habita,
sive directo sive per indirec-
tum impedire matrimonium.
§. 14. De diversa lectio notar-
ibilis L. 100. de condit. & de-
monstrat, scilicet Florentina
& Haloandrina.
§. 15. Lectio notarialis Florentina
esse meliorem pro-
batur.
§. 16. Rejiciuntur objectiones ab
ANTONIO AUGUSTINO con-
tra lectio notarialis.
§. 17. Quare conditio; si non
nupserit; ab ultimis voluntati-
bus reiecta fuerit à Jatis Ro-
manis.
§. 18. Quod subsecuta Legem
Juliam & Papiam Jurispruden-
tia hanc conditionem personis

A

jana

jam pridem nuptis non aliter remiserit, quam si intra annum nubarent, jurarentque, se non libidine sed liberorum procreandorum causa ad secundas nuptias convolare.

§. 19. Quod hocce votum solenne fuerit Romanis in matrimonii.

§. 20. Temperamentum Legi Julianæ superadditum vocatur à Justiniano Lex Miscella non ab autore Julio Miscella quod probatur, simulque Justinianus ab imputatione doctissimi HOFFMANNI liberatur.

§. 21. Lex Miscella Julia dicta est, non quod caput Legis Julianæ fuerit sed additamentum quoddam & correcțio.

§. 22. Quod probatur.

§. 23. Unde hæc lex dicta fuerit Miscella?

§. 24. Quod JUSTINIANUS Legis Miscellæ dispositionem in L. 2. & 3. C. de indicia viduit. susulerit, & conditionem si non nupserit, simpliciter remiserit.

§. 25. Quid JUSTINIANUS in dictis Legibus statuerit?

§. 26. De differentia conditionis si non nupserit, & si vidua erit, vel quocies vidua erit.

§. 27. Ratio hujus constitutio-

nis Justinianæ.

§. 28. Quo. Imperator JUSTINIANUS in L. 2. & 3. C. de indicia viduit constituit per caput 43. & 44. Nov. 22. iterum abrogavit, Legemque Miscellam fere reduxit.

§. 29. Quenam Imperatoris in dictis capitib⁹ sit sententia?

§. 30. Constitutionem hanc Justinianeam ad viduos viduasque tantum non ad virgines & juvenes pertinere, probatur.

§. 31. Num dispositioni Imperatoris locus sic, si extraneus viduæ alienæ legatum sub hac conditione relinqiat, quod FRANZIUS negat.

§. 32. Decididur hæc quæstio affirmative contra FRANTZIUM, notanturque LAUTERBACHIUS, LYNNKERUS, BERGERUS, MULLERUS.

§. 33. Respondetur ad FRANTZIUM rationes.

§. 34. Notatur Imperator Justinianus quod tam varius fuerit in condendo jure suo, circa conditionem si non nupserit ultimis voluntatibus additam simulque alia exempla ejus variationis adducuntur.

§. 35. Inquiritur in rationem hujus variationis & dispositio-
nis cap. 43 & 44. Nov. 22.

§. 39

- §. 36. De usu practico hujus iuris pertractati, quod scilicet haec conditio moribus nostris haud impedimento sit primis nuptiis, etiam in illis foeminiis que quidem nupsierunt, non tamen mulieres facte, imo in spoliatis virginitate.
- §. 37. Ostenditur conditionem haec juveni vel virgini adscriptam sustineri, si in casum existentis matrimonii pia causa vocetur.
- §. 38. An dispositio Imperatoris Justiniani in cap: 43. & 44. Nov. 22. viduos viduasque teneat, notantur GROENEWEGEN aliique qui hoc negant,
- §. 39. Conditionem si in viduitate permanferis, neque turpem esse neque contr
- bonos mores neque contra publicam utilitatem declaratur
- §. 40. Dispositionem cap. 43. & 44. Nov. 22. & Authent. cui relictum C. de indicta viduitate minus esse coram probatur.
- §. 41. Concluditur dispositioni Nov. 22. & Authentica cui relictum C. de indicta viduitate effundendum quod autoritate DD. & prajudicio scabironum Lipsiensium probatur.
- §. 42. Alia facti species cum Responso I&orum Helmstadien- um proponitur.
- §. 43. Sententia in dissertatione defensa Duobus Responsi- I&orum Jenensium firmatur,





§. I.

Intra reliqua societatum civilium firmamenta & fulcra primas jure quodam suo tenent legitima civium matrimonia, ex quibus homines ac familiae proveniunt, imperiisque ac civitatibus constituendis velut matreries oritur. SAMUEL PUFFENDORFF de Jure Nat. & Gent. Libr. VI. cap. i. Quare sacratissimus Imperator JUSTINIANUS, matrimonia in proemio Nov. xxxix. ob utilitatem commendans, recte mihi dixisse videtur. Nuptius nihil hominibus est utilius, tanquam solis facere homines valentibus, idem in proemio Nov. xxii. Si matrimonium sic est honestum ut humano generi videatur immortalitatem artificiose introducere & ex filiorum procreatione renovata genera manent jugiter Dei clementia quantum est possibile nostra immortalitatem demanda naturae; recte nobis studium est de nuptiis: Et Imperator JUSTINUS in Nov. ii. (*) in prooem. Nihil in rebus mortalium perinde venerandum est, atque matrimonium, quippe ex quo liberi omnisque deinceps sobolis series existat, quod regiones atque civitates frequentes reddat, unde denique optime Reipublica coagmentatio fiat. Sic LEO Imperator in Nov. xxvi, de matrimonii utilitate scribit. Magnum sane excellensque donum à Deo creatore ad mortales promanavit matrimonium, non modo enim naturae mortis ingloriae obnoxia operari, humanoque generi perpetuitatem elargitur, id dum ab illa depascitur.

tur, non omnino desperare finem, verum etiam per liberorum procreacionem, permagna alioquin hominum vita praefat.

* Refertur vulgo haec Novella inter Novellas JUSTINIANI & quidem numero CXL, que tamen secunda JUSTINI minoris qui filius fuit JUSTINIANI adoptivus, novella est constitutio ut ARGYLÆUS, JACOBUS CUJACIUS, CONRAD RITTERSHUSIUS & celeberrimus Tarracensem Præfui ANTONIUS AUGUSTINUS in paratitlis seu scholiis ad Novellas ad notarant.

§. 2.

Cum itaque fons ac scaturigo omnium societatum cibum legitima civium dici merentur matrimonia, quippe per qua diuturnitatis memoriam ut CALLISTRATUS in L. 220. D. de Verborum Signif. loquitur, nobis in ævum relinquimus, gentes cultiores moratoresque summo ille semper prosecuta sunt favore, ac in coelibatum viduitatemque pœnas statuerunt sat graves, unde etiam HONORATIUS sapientiam apud veteres fuisse ait:

Concubitu prohibere vago, dare jura maritis
 Antiqui enim Ebraei referente JOHANNE SELDEN Lib. 5.
 c. 3. de jure Naz. & G. juxta disciplinam Ebraeorum tradebant, effato illo divino Geneseos 1. crescite & multiplicamini & replete terram liberis gignendis; omnes teneri, ut ante vigesimum annum uxorem ducant, procreationique sobolis studeant, contra facientes vero similes esse latronibus,
 iisque qui sanguinem effundunt vid. LEIDEKKER de Republ. Ebraeorum Lib. 6.c.8. eadem de hodiernis judæis refert P. C. KIRCHNER Rabbi à Judaismo ad christianissimum conversus in Tract. sub titulo *Judaïshes Ceremoniel* cap. 2. Erfurd. 1717. edit. Sapientissimi Græcorum Legislatores cives suos liberis procreandis operam dare jussierunt, gravesque narrante PLUTARCHO in Camillo pœ-

nas

nas in cœlibes proposuerunt, ita ut cœlibatus actio apud Athenienses quam ἀγαπίσθεντο & apud Lacedæmonios judicia de feris nuptiis quæ θυμοφύγετοz vocarunt fuisse ex POLLUX tradat NICOLAUS CRAGIUS Ripensis Lib. 3. de Republ. Lacedæm. Spartanorum Legem connubialem recitat AELIANUS Variar. Histor. Libr. 6. c. 6. Quot tres filios Reipublica suppeditaret, is ab excubis liber esset, qui vero quinque ab omnibus publicis officiis & summis immunitatem haberet.

S. III.

Romani sicuti curam ornandæ augendæquæ civitatis nunquam abjecerunt, ita omnem moverunt lapidem, quo fecundas redderent familias, proleque suam replerent civitatem, reperimus enim apud DIONISIUM HALICARNASSENSEM, locus est Libro ix. legis mentionem, que cœlibes esse cives Romanos prohibuit, partemque officii Censorii fuisse prohibere cœlibatum CICERO Libr. II. de Legibus testis est. Hinc Censores juramento cives ad id adegisse, ut profiterentur palam, num ex animi sui sententia uxorem haberent, legimus apud GELLIUM Libr IV. Noct. attic. cap 20. Censor alebat de uxoribus solenejuramentum, verba ita erant concepia: Et tu ex animi tui sententia uxorem habes? Qui jurabat cavillator quidam & canescens & nimis ridiculus fuit. Is locum esse sibi joci dicendiratus, cum ita ueremos erat, censor dixisset. Et tu ex animi tui sententia uxorem habes? Habeo equidem inquit uxorem, sed non ex animi tui sententia, tum Censor cum quod intempeste laesivisset, in ararios retulit causamque hanc joci scurrilis apud se dicti subscripta; plura de hac cœlibum censura lectu digna invenies apud JUSTUM LIPSIUM. Libr. V. Variar. Lect. cap. I. & CHRISTIANUM THOMASIUM in disser. de Judicio s. Censura morum Hal. 1702. habita. Unde

de Q. METELLI NUMIDICI elegans apud eundem GELLUM L.
I. cap. 6. de uxore ducenda proleque augenda extat ora-
tio, quam OCTAVIUS AUGUSTUS CÆSAR cum de maritandis
ordinibus ageret velut eo tempore scriptam in se-
natū recitavit, sic enim SUETONIUS TRANQUILLUS in Au-
gusto cap. 89. loquitur. *Etiam libros totos & senatus recitauit,*
& populo notos per editum fecit, ut orationes Q. Metelli de prole au-
genda & Rutilii de modo adiutoriorum, quo magis persuaderet, utremque
reim non à se primo animadversam, sed antiquis jam tunc cure fuisse.
Imo quo eo magis cives ad capessēndā matrimonia
animū adiicerent, suadentibus M. FURIO CAMILLO &
M. POSTHUMIO ALBINO Censoribus, eos qui ad senectu-
tem cœlibes pervenerant, vel in uiduitate permane-
rant, aës aliquod in ærarium deferre jussérunt, cuius rei
testis est VALERIUS MAXIMUS Libr. 2. cap. 9. vocabatur
que illud *muletæ genus, quod viduus dabat viduium,*
quod cœlebs uxoriū, ita enim FESTUS antiquus Gram-
maticius in fine librorum de Verborum Significatione
inquit: Uxorium pependisse dicitur, qui quod uxorem non habuerit,
*ex populi dedit, conferantur quæ JOSEPH SCALIGER ad Fe-
stum & TURNEBUS ad Libr. II. Ciceronis de Legibus p.
172. annotarunt.*

§. IV.

His demum OCTAVIO AUGUSTO CÆSARE autore A. U. C.
DCXXXV. accessit Lex JULIA de maritandis ordinibus,
quam eo seniore Lex PAPIA (*) POPPEA M. PAPIO MUTILO
& Q. POPPEO S. COSS. sufficiens non ordinariis A. u. c.
DCCLXI. subsecuta est. Quibus legibus prudens id egit
Imperator, partim ut ærarium, quod per diuturnum ci-
vile bellum suscepimus inter Pompejum & Cæsarem &
inter Pompejum Lepidum & Brutum ingentibus sumptu-
bus.

bus erat exhaustum repleret, publicisque necessitatibus orrureret, quare ab Imperatore JUSTINIANO in L. un. C. de caduc. tollend. & in constitut. de confirmatione digestorum ad Senatum & omnes populos: Romanorum temporum & calamitatum dicitur testis, partim ut cives Romani matrimonia inirent, ac exhaustam civilibus bellis Rempublicam prole replerent, quam legis rationem SOZOMENUS Libr. i. Histor. Eccles. cap. 9. indicat. Tulerunt hanc legem (scilicet Julianam de maritandis ordinibus) veteres Romani, cum spectarent futurum hac ratione, ut ursa Roma, & reliqua provincia Imperii Romani hominum multitudine abundantem. Exterium paulo ante hanc legem quamplurimos homines amiserant bellis civilibus absuntos; hinc etiam à TERENTIO CLEMENTE in L. 64. D. de Condit. & Demonstrat. Lex utilis Reipublicae sobolis procreanda causa lata appellatur. Ad quas Leges ex veteribus Ictis Romanis commentarii sunt MAURICIANUS, MARCELLUS, CAJUS, TERENTIUS CLEMENS, PAULUS & ULPIANUS, ex quarum fragmentis in digestis nobis servatis harum Legum capita diligentius eruit, & ad pristinum suum ordinem revocavit præstansissimus Iotorum JACOBUS GOTHOFREDUS (**) Dionysii filius, nec omissi ANTONIUS AUGUSTINUS: LEVINUS TORRENTIUS, & FRANCISCUS BALDUINUS qui non minus ad illustrationem ac restitutionem harum Legum simbola sua contulerunt, ut & RAMEZ del MANZANO Hispanus qui teste GRAVINA in originibus juris civ. pag. 340. immanes ad has Leges commentarios edidit.

(*) Cum hac lege haud confundenda est lex PAPIA à PAPIO lata, cuius CICERO pro Archia Poëta meminit, quā usū urbis peregrini prohibebantur, imo vero omnes, qui Romani cives non erant exire cogebantur, quam legem idem CICERO determinatur

Matur Libr. 3. de officiis. *Male inquit, etiam qui peregrinos urbibus uti prohibent, eosque exterminant, ut Pennius apud Patres nostros Papius nuper.* Monimentum hujus legis extat in nummis L. PAPII CELSI C. illius PAPII Legislatoris filii, in quibus tabella conspicitur, cum literis PAPII quam de hac lege Papia interpretatur EZECHIEL SPANHEMIUS de usu & præstantia numismatis. VI. p. 180. Excitit etiam alia lex PAPIA, qua cautum, ut locii & latini nominis in sua quisque civitatis ius redigentur, cuius legis disertis verbis meminit CICERO pro Balbo cap. 23. unde errat CAROLUS SIGONIUS de antiquo jure Italiam Lib. 3. c. 1, qui eandem confundit cum Lege Papia de peregrinis.

(**) Repariuntur hæc legis Juliae de maritandis ordinibus & Papia Poppeæ fragmenta à JACOBO GOTHOFREDO collecta suæ que ordini redditæ in quatuor fontibus juris civilis editis Genev. in 4to a. 1653.

§. 5.

Legem itaque Julianam de maritandis ordinibus Papia Poppeæ tempore esse priorem optimi ejus ætatis nos edocent scriptores; ab eo enim tempore scilicet ab A. U. C. DCCXXIV quo Octavius Augustus morum præfectorum suscepit, usque ad annum DCCLXI in quem M. PAPII MUTILI & Q. POPPÆI * S. consulatus incidit, in eo occupatus fuit saluberrimus princeps, ut matrimoniis civium suorum certum modum præscriberet, prœmiis illos ad obeunda matrimonia invitaret, *ayapicav vero & arataðicav* arctioribus subjiceret poenis, unde HORATIUS in carmine seculari quod A. U. DCCXXXVI cecinit, sic precatur;

Diva, producas sobolem, Patrumque
prosperes decreta super jugandis
fœminis, prolisque novæ feraci

Lege marita.

B

ad

ad quod etiam allusio videtur JUVENALIS Satyra. 9. v. 85.
cum inquit.

Jam pater es, dedimus quod famæ opponere possis
Jura parentis habes, propter me scriberis hæres
legatumque omne capis, nec non & dulce caducum
Commoda præterea junguntur multa caducis
si numerum si tres implevero.

Sed rem præ tumultu recusantium perficere non potuit,
rejeclaque lex multitudinis dissensu fuit unde PRO-
PERTIUS: u. 7.

Gavisa est certè sublata Cynthia lege
Qua quondam Edicta flemus uterque diu
Ne nos divideret

Usque dum eo seniore repetitis aliquoties rogationibus
lex Papia Pappæa lata fuit, in quam prioris legis capita
redacta fuerunt, quæque rei finem imposuit, quod ex-
pressis verbis CORNELIUS TACITUS gravissimus scriptor
Lib. 3. Annal. cap. 25. indicat.

(*) Fallitur itaque ISIDORUS in cap. quedam 2. distinct. cum
scribit hanc legem sub OCTAVIANO AUGUSTO Papium &
Pompejum Consules tulisse, quem AYMARUS RIVALLIUS in
historia juris civ. p. 248. sequitur.

§. 6.

Etsi autem lex Julia de maritandis ordinibus Papiae
Poppæa tempore prior, non tamen si materiam speles
diversa ab illa fuit, hinc non probanda est JACOBUS CÜJACH
& GEORGII FRANTZKII celeberrimorum alias Ictorum quæm
prior in notis ad ULPIANI fragmenta Tit. 16. § 6. posterior
resolut. 15. n. 8. fovet opinio: legem scilicet Julianam de
matrimonio contrahendo Papiam vero Poppæam de
procreandis liberis cavisse nec pro iis quicquam faciunt
verba TERTULLIANI in Apologetico cap. 4. Nonne & pos
ex-

experimentis illuminantibus tenebras antiquitatis, totam illam veterem & squalentem Legum sylvam novis principalibus restcriptorum & editorum securibus truncari & cedit? Nonne vanissimas Papia leges, que ante liberos suscipi cogunt, quam Julia matrimonium contrahere, post tanta auctoritatis senectutem heri Severus constantissimus princeps exclusit. Non enim ea est mens TERTULLIANI ac si diversum quid lex Julia & Papia Poppæa statuerit, sed tantum docet circa tempus, post quod debebant homines esse maritati, ac liberos habere, inter leges illas discriben fuisse, legemque Julianam benignius egisse, severius Papiam Poppeam, hancque prius liberos voluisse suscipi, quam Julia matrimonium iniri, ideoque legem Papiam à Se- vero Imperatore esse exclusam, hoc est abrogatam, quod pluribus persequitur celeberrimus Lugdunensium Ante-cessor ANTONIUS SCHULTING in Jurisprudentia. Anti-justinianæ p. 614. n. 26. Quare etiam lex Julia de mari- tandis ordinibus cum lege Papia Poppæa deinde coaluit, ita ut utraque modo Papia, modo Papia Poppæa, modo Julia tantum, modo Julia & Papia audiat.

§. 7.

Sicuti autem haec Leges Julia & Papia Poppæa ob au- gendam prolem replendamque pube civitatem eran- tatae, ita etiam prohibitions nuptiarum quounque modo factas rejiciebant, impedimenta suscipiendorum liberorum removebant, viduitatesque ac coelibatus con- ditionem, heredi in ultima voluntate adscriptam, pro impossibili & non adjecta habebant, de qua conditione si non nupserit; ultimæ voluntati addita specimen hoc- ce academicum conscribere constituimus. Non vero detinendos illos, qui dissertationem hancce legunt, ar- bitramur, scrupulosa interpretatione vocabulorum in rubro dissertationis occurrentium, magis citra omnes

ambages rem ipsam aggrediemur, cum quilibet, qui jurisprudentiae operam dat per se jam satis intelligat, quid conditio sit, quid verba: si non nuperit involuant quidque ultima voluntas denotet, id vero non possumus non hoc loco monere, nos per ultimam voluntatem intelligere & testamentum, & Codicillos, & fideicommissum imo & mortis causa donationem.

§. 8.

Facit autem ad institutum nostrum sequens Legis Julie & Papie Poppae capitulum à JACOBO GOTHOFREDO hunc in modum restitutum: **Si qui coelibatus aut viduitatis conditionem heredi legatariove iniunxerit, heres legatariusve ea conditione liberi sunt, neque eo minus delatam hereditatem legatumve ex hac lege consequuntur.** Ex hisce verbis sole meridiano clarus patet, legum harum conditores prohibiciones nuptiarum in ultima voluntate factas in illarum favorem rejecisse, heredes & legatarios indistincte masculos pariter & foeminas, coelibes & viduos à coelibatus & viduitatis conditione in ultima voluntate iis adscripta liberasse, illosque ex legum harum dispositione nihilominus legatum, fidei commissum, donationem mortis causa, ac hereditatem tali conditione oneratam consecutos fuisse, Quod etiam nisi à harum legum conditoribus factum esset, insignem legum ferendarum imprudentiam prodiisset, ridiculum enim fuisse, ordinibus justum matrimoniorum ineundorum modum prescrispsisse, μισθαπίαν inhibuisse, in πολυπαιδειαν proemia in orbitatem vero poenas statuisse, nisi que nuptiarum contrahendarum libertati, liberisque procreandis impedimento esse possent, removerentur, quare recte PAPINIANUS eam hujus legis in L. 72, § de Condit.

&

& Demonstrat. fuisse sententiam dicit: Ne quod omnino nuptiis impedimentum inferretur.

§. 9.

Hinc non mirandum veteres Ictos Romanos, qui ad legem Julianam & Papiam commentati sunt, quorumque fragmenta in Digestis supersunt, harum Legum dispositionem in responsis suis secutus fuisse, prohibitio nem nuptiarum in ultima voluntate factam simpliciter rejecisse, conditionemque coelibatus & viduitatis hæredi vel legatario adscriptam citra personarum discrimen tanquam bonis moribus & propagationi sobolis adversam pro non adjecta habuisse. Offert se primum JULIANUS in in L. 22 π de Condit. & Demonstrat. *Quoties sub conditione mulieri legatur, si non nupserit, & ejusdem fideicommissum sit, ut Titio restituat, si nubat, commode statuitur, & si nupserit legatum eam petere posse, & non esse cogendam fideicommissum praestare. Juliano suo adstipulatur MAECIANUS §. 1, L. 65 π ad Sctum Trebellan.* Si testator rogasset heredem, ut restituerat hereditatem mulieri, si non nupisset, dicendum erit compellendum heredem, si suspectam dicat hereditatem adire & restituere eam mulieri, etiamsi nupisset; Quamvis autem perspicua ac satis clara horum Ictorū in his Legibus mens sit, scilicet viduitatis conditionem legato vel fideicommisso adiectam vitiari, mulieremque etiamsi nubat legatum petere posse, nec ad praestandum fideicommissum cogendam fore; turbas tamen multis videtur movere CAJUS in L. 14 π de Legat. 3. cum sic ait: *Non dubium est, quin si uxori legatum sit, si non nupserit, idque alii restituere regata sit, cogenda est, si nupserit restituere.* In horum verborum interpretatione, juris interpretes magnas turbas cident, & ut est in veteri proverbio, fluctus in simulo excitant, putantes; Cajum contra juris principia

cipia & Legis Julianæ & Papiae dispositionem, conditionem
 si non nupserit, pro impossibili & non adjecta non ha-
 bere, eumque, mulierem, cui aliquid sub hâc condi-
 tione legatum, idque alii restituere rogata sit ad restitu-
 tionem legati si nubat cogendam esse, statuere; Hinc
 ad conciliandum Cajum cum reliquis Ictis Romanis,
 qui ad Legem Julianam & Papiam commentati sunt, mulri
 symbola sua conferunt, sed diversa plane incedunt via.
 Alii enim Cajum in hâc lege novum ac à legis Papiae
 Poppeæ sententia plane diversum jus proposuisse existi-
 mant, quorum tamen mihi non probatur opinio, cum
 alias Cajus sibi ipsi esset contrarius, quippe qui in L. 63.
 § 1. p. de condit. & demonstrat. conditionem si non nu-
 pserit disertè pro dura ac impossibili habet, rejiciendam
 que illam censet qualis contrarietatis Cajum nemo re-
 centiorum Ictorum insimulabit; Sunt qui existimant,
 conditionem si non nupserit fideicommissio adjectam, de
 quo casu loquitur Cajus in lege proposita, jure veteri
 pro non scripta habitam haud fuisse quâ in opinione est
 PETRUS MULLERUS in dissert. de odio secund. nupt. sed
 huic sententia directo contrariantur JULIANUS & MAECIA-
 NUS in legibus § hoc allegatis, qui tamen cum Cajo ferè
 uno eodemque tempore vixerunt. vid. GULIELMUS
 GROTIUS de vitis Ictorum Cap. 6. & 7: PHILIBERTUS
 BRUSSELIUS de condit. Libr. 4. Tit. II. p. 292. Cajum
 non recte scripsisse credit. PETRUS de GREVE Ictus
 in Exercitationibus ad Pandectarum loca difficil-
 liora p. 514. distinguit inter fideicommissum uxori
 & mulieri sub conditione si non nupserit relictum &
 existimat uxorem si nubat cogendam esse ut fideicom-
 missum restituat, sed mulierem etiam si nubat, ad fidei-

com-

commisi restitutionem non teneri, sed & hujus I^cti conciliatio nobis non placet, quis enim non videt ex L. 13 π de V. S. & § 9. L. 25 π de Auro & arg. leg. mulieris appellatione omnes foemini sexus personas comprehendendi, ita CICERO teste QVINTILIANO in Libr. 6. c. 4. objurgantibus quod sexagenarius Pompilium virginem duxisset, *eras mulier erit* respondit: deinde Lex Julia & Patria non viduitatis tantum sed etiam coelitus conditio nem ultimis voluntatibus adscriptam simpliciter rejecit quod ex omnibus textibus patet, imo cum § 2. L. 62. π de condit. & demonstrat, dicit: *Cum vir uxori, si à liberis ne nupserit, in annos singulos aliquid legavit, quid juris sit, Julianus respondit posse mulierem nubere & legatum capere; nullam distinctionem inter uxorem & mulierem facit, potius hisce vocabulis promiscue utitur.* Verum enim vero, si dicendum quod res est, non video quā ratione cum reliquis I^ctis Romanis & cum seipso in allegata L. 63. § 1. π de cond. & demonstr. CAJUS conciliari poscit, nisi illorum velimus admittere conciliationem qui existimant, adverbium quin quo utitur CAJUS nihil aliud denotare, quam quo minus, ut non, quod non, adeoque hanc Caji in dicta lege esse sententiam: Non dubium est, quod si uxori legatum sit, si non nupserit, idque alii restituere rogata sit, non cogenda est, si nupserit restituere, pro quā conciliatione aliquo modo facere videtur GELLIUS qui Libr. 17. cap. 13. Dubium admodum suā jam ḥtate adverbii quin fuisse significatum asserit.

§. 10.

Videbimus etiam quānam PAPINIANI I^ctorum Principis de conditione, *si non nupserit* ultimis voluntatibus addita fuerit sententia, pertinent huc verba § 5. L. 72. π de

de condit. & demonstrat. Mevia si non nupserit fundum cum morietur lego, potest dici eam confessim admitti ad legatum: duo in hoc paragrapho quinto Iesus dicit, si non nupserit, & deinde adjicit diem incertum si morietur, quoad primum res erat facillima, quia haec conditio ex dispositione legis Juliæ rejiciebatur, sed quia adjecit cum morietur, an expectanda esset mors illius? non immerito poterat dubitari cum dies incertus in testamentis faciat conditionem; juxta eundem PAPINIANUM in L. 75. $\tilde{\tau}$ de condit. & demonstrat. dies autem incertus est cum ita scribitur: *Heres meus cum morietur decem da* ut inquit POMPONIUS in § 2. L. i. $\tilde{\tau}$ de condit. & demonstrat. sed respondet Papinianus, mulierem confessim admissi ad legatum, & hoc recte, nam cum testator dicit, Mevia lego fundum si non nupserit, cum morietur idem est ac si dixisset, Mevia lego fundum si usque ad ultimum vitæ halitum vidua permanerit, nunc vero conditio perpetuam viduitatem inducens ob expressam Legis Juliæ & Papiæ dispositionem § 8. à nobis adductam indistinctè remittetur. Aliam speciem memorabilem & plane singularem, de qua inter Doctores sape in materia de jure accrescendi controuertit tractat PAPINIANUS in L. 74. $\tilde{\tau}$ de condit. & demonstrat. verba responsi haec sunt: *Mulieri & Titio ususfructus si non nupserit mulier relietus est, si mulier nupserit quamdiu Titius & vivit & in eodem statu erit, partem ususfructus habebit, tantum enim beneficio legis ex legato concessum esse mulieri in telligendum est, quantum haberet si conditioni paruisset.* Nec si Titius qui conditione defectus est, legatum repudiet, ea res mulieri proderit. Est autem haec hujus legis sententia; Caja & Titio legatur ususfructus sub conditione si Caja non nupserit, conditio utramque tenet, sed Caja remittitur admittiturque etiam si nubat ad

ad legatum, propterea quod ea conditio, quæ avocat mulierem à nuptiis, tanquam publicæ utilitati contraria ex Legi Juliae & Papiræ dispositione rejicitur, & pro non scripta habetur. Sed quæritur, utrum Caja hoc modo totum usumfructum consequi debeat, an vero & Titius pro parte dimidia sit admittendus? Sane quia Titius defectus est conditione legato adscripta, quoniam Caja nupsit, videtur ususfructus totus pertinere ad Cajam jure accrescendi, verum respondet PAPINIANVS subtiliter: *Tantum beneficio legis ex legato concessum esse mulieri, intelligendum est, quantum haberet si conditioni parnisset*, ideoque vult PAPINIANVS Cajam totum usumfructum minime habituram, sed ita dividendum esse, ut Titius quamdiu vivit, & in eodem statu manet, partem obtineat, saepè enim evenit, ut quod quis non habet per se, per alium vel propter aliud habeat; ut in L. 55. π de acquir. vel omittend. hæred. abstinere nobis licet ab hæreditate propter alium quod jure nostro alias non licet, & in L. 10. π Quemadmod. servit. amitt. per alium retineo quod per me retinere non possum. *Quodsi vero Titius partem suam repudiet, vel capite minuatur, vel morietur, an Cajæ utpote re verbisque conjunctæ Titii pars accrescat?* negat & hoc PAPINIANVS: *Nec, si Titius qui conditione defectus est, legatum repudiet, ea res mulieri proderit.* excluditque regulam juris accrescendi, quæ re verbisque conjuncto portionem deficientis adjicit, & hoc rectè, ne Cajæ cui singulari jure (scilicet ex Legi Juliae dispositione) contra voluntatem defuncti ab favorem matrimonii fuit subventum, per juris communis regulam iterum succurratur, conferantur JACOBI CVJACII recitationes ad Papiniani Lib. 32. Quæst. & FRANC. DVARENVS Libr. II. de jure accrescendi cap. 20.

Alium casum TERENTIVS CLEMENS in Librum 4. ad legem Julianam & Papiam retulit, qui extat in L. 62. π §. 2. de condit. & demonstrat. in hac verba: *Cum vir uxori si à liberis ne nupserit in annos singulos aliquid legavit, quid juris sit? Julianus respondit, posse mulierem nubere, & legatum capere, quod si ita scriptum esset, si à liberis impuberibus ne nupserit, legem locum non habere, quia magis cura liberorum, quam viduitas injungeretur.* In hocce §. Ictus distinctionem facit inter conditionem mulieri à testatore in ultima voluntate adscriptam si à liberis (i. e. quamdiu liberos habebit, & si ab impuberibus liberis (i. e. quamdiu liberi impuberis erunt) non nupserit, putative priori casu legi Papiae Poppae locum esse, adeoque conditionem si non nupserit vitiari, & mulierem nubentem nihilominus legatum sibi relictum petere posse; posteriori vero casu non æque, & hoc recte, posteriori enim casu testator magis curam libero- rum quam viduitatem injungere videtur, & etiamsi vi- duitas hoc modo injuncta fuerit, non tamen in perpe- truum sed ad tempus, id est quamdiu liberi impuberis erunt, est adscripta, nunc vero Lex Julia & Papia Pop- paea eam tantum remittit conditionem, quæ perpetuam non temporariam inducere videtur viduitatem, uti Lex Aelia Sentia remittebat viduitatem non temporariam sed perpetuam à liberto patrono jurejurando promissam. L. 6. π de jure patron. & L. penult. & ult. π Qui & à qui- bus manumisisti liberi non fiunt & ad L. Aeliam Sentiam.

§. 12.

Conditio vero quæ impedit matrimonium contrahī, ultimæ voluntati adscripta jure Digestorum pro non ad- dita habetur, sive directo impediat matrimonium, ut con-

conditio si non nupserit, sive indirecte ut quælibet alia conditio, qua matrimonii incundi liberam voluntatem aufert, cum in modum ut hæres vel legatarius legatum sive hæreditatem possit vindicare ac si talis conditio à testatore adscripta non fuisset. Audiamus TERENTIVM CLEMENTEM in L. 64. π de condit. & demonstrat. Hoc modo legato dato, si Lucio Titio non nupserit, non esse legi locum Julianus ajebat. Quodsi ita scriptum esset, si Aricia non nupserit, interesse an fraudis legi facta esset, nam se ea esset, qua alicubi nuptias non facile posse inventare, interpretandum ipso jure rescindi, quod frandande legis gratia esset adscriptum, legem enim utilem Republicæ sobolis scilicet procreandæ causa latam, adjuvanda interpretatione; Duas in hac lege Ictus proponit species, unam si legatum relictum sit sub conditione ne Lucio Titio nubat, alteram; ne Ariciæ nubat, quoad primam respondet cum Juliano legi Papiae Poppææ locum non esse, mulieremque au- parere debere, aut legatum amittere decidit, cuius de- cisionis rationem aperit CAJVS in provem. Lib. 63. π de condit. & demonstrat. Cum ita legatum sit, si Titio non nupserit, vel ita si neque Sejo neque Mevio nupserit & denique si plu- res persone comprehensa fuerint, magis placuit, cuiilibet eorum si nu- pserit, amissum legatum nec videri tali conditione viduitatem injun- ctam, cum alii cuiilibet satis commodo posset nubere. Quoad alte- ram speciem TERENTIVS CLEMENS idem asserit, modo alibi facile nubere possit, quodsi vero locus in fraudem legis Juliae & Papiae fuerit adjectus, cum alio loco commodè nuptias non sit inventura, conditio illa tanquam in fra- dem legis adjecta removetur, legatariusve, ac si condi- tio adjecta non fuisset ad legatum admittitur; Quodcun- que enim in fraudem legis Juliae ad impedierendas nuptias scriptum est, nullam vim habere ait PAPINIANVS §. fin. L. 79. π de condit. & demonstrat. veluti si Titio patri centum

C 2

lege-

legerit si filia quam in potestate habet, non nupserit,
vel si filios familias ita legatum sit, si pater ejus, uxorem
non duxerit, hoc enim casu cum pater, quo legatum
consequatur facile perficere possit, ne filia nubat, jus
conditions ita conceptas reprobavit, rejiciendasque
censuit, perinde atque si in legatarii personam ceci-
dissent.

§. 13.

Idem juris est si Mevia iussa fuerit homini indigno-
nubere, quæ enim Titio nubere jubetur, ceteris omni-
bus nubere prohibetur itaque si Titius indignus sit, tale
est quale si generaliter scriptum esset: *si non nupserit, imo*
si verum amamus durior hæc conditio est quam illa,
si non nupserit, nam & cæteris omnibus nubere prohibetur,
& Titio cui inhonestè nuptura sit, nubere jubetur ut ait
Cajvs §. 1. L. 63. π de condit. & demonstrat. vel ut BALDV
loquitur. Uxori carere marito melius est, quam malum maritum
habere. Vel si hoc modo Sejæ aliquid fuerit relictum si
arbitratus Titii nupserit, ut bene respondet PAPINIANVS
in §. 4. L. 72. π de condit. & demonstrat. etiam si enim
palam non prohibeantur nuptiæ, sed tantum testator
vult, ut Seja si nubat, Titii arbitratus nubat, perinde ta-
men est, atque si dixisset, si non nupserit, cum nuptias
eius ex alterius arbitrio pendere voluerit, impedimen-
tum enim nuptiis facile injici potest, imo per indirectum
indicitur viduitas, si Titius arbitrari nolit, vel nullam
conditionem nuptiarum comprobet. GRASSVS recept.
sentent. quest. 50. n. 9. CASTRENsis Consil. 301. n. 1. DIBA-
cvs COVARRUVIAS de matrimonio P. 2. c. 3. §. 8. n. 3. Nunc
vero hæc legis Julia & Papiae fuit sententia, ut ne mini-
mum quidem impedimentum nuptiis inferatur, ideoque
Seja,

Seja, etiamsi sine arbitratu Titii vivo Titio post mortem testatoris nubat, legatum capiet, imo si Titius vivo testatore decebat, Sejam legatum accepturam respondit PAPINIANVS, quamvis enim Titio defuncto & testatorc superstite defecta conditio videri possit, deficiens tamen conditio obesse non debet, quam Seja vivo etiam Titio negligere poterat, quem in modum etiam respondit PAVLVIS in L.28. π de condit. & demonstrat. & POMPONIVS in §. 1. L. 54. π de Legat. 1. cum inquit: *Si Titio legatum relictum est, si arbitrata Seji nupsisset, & vivo Testatore Sejus decessisset, & ea nupsisset legatum ei deberit.*

§. 14.

Antequam hinc discedamus jucundum erit inquisivisse in genuinam lectionem & sententiam notabilis illius legis 100. π de condit. & demonstrat. offerunt vero se duæ eaque diversæ hujus legis lectiones, una Florentina, altera Haloandrina; in Tusco MSSto ita legitur. *Titio si non nups'erit, ducenta: Si nups'erit centum legavit: nups'it mulier, ducenta non etiam centum residua petat.* Ridiculum est enim eandem & ut viduam & ut nupseam admitti. In Haloandrina editione haec sunt legis verba: *Titio si nups'erit: ducenta, si non nups'erit centum legavit, nups'it mulier ducenta, non etiam centum residua petat.* Ridiculum & enim eandem & ut viduam, & ut nupseam admitti. Quodsi itaque sequamur lectionem Codicis Florentini sequens a Papiniano in hac lege proponitur species: *Legavit Mevius vidue cuidam Titiae ducenta, si non nups'erit & centum, si nups'erit, vidua nups'it, & quia juxta legem Julianam talis conditio, si non nups'erit: habetur pro non adjecta, vidua non centum sed ducenta pro legato accipit, sed non contenta ducentis, etiam residua centum petit, quia nups'it, & in hoc voluntatem testatoris adimpedit,*

plevit, viduitatis vero conditio pro non adjecta habetur, sed PAPINIANVS responderet, Ridiculum esse, mulierem & ut viduam (quatenus in viduitate permanisit) & ut nuptiam admitti; Verum enim vero ridiculum id quidem erat ex mente testatoris, (quia testator non censebatur voluisse contraria) ut haberet 100 & non haberet, contenta scilicet 100, qualia contraria sunt, si ratione legati consideremus Titiam tanquam eam, quæ nupsit, & quæ non nupsit; ast id non erat ridiculum per consequentiam juris; Sic si testator pro dimidia parte suorum bonorum Cajum instituit hæredem & prohibet, ne alteram dimidiad accipiat, Cajus sine dubio dum testator non disponit, quis alteram dimidiad tanquam hæres accipere debat, totam jure accrescendi accipit hæreditatem, & ridiculum non est in hoc casu spectari testatoris voluntatem & non spectari, spectari dum Cajus ex voluntate testatoris pro dimidia parte hæres admittitur, & non spectari dum admittitur contra testatoris voluntatem etiam ad alteram dimidiad partem ob consonantiam juris, quæ vult ne paganus pro parte testatus & pro parte intestatus decedat. Itajuxta consonantiam juris in specie à Papiniano proposita conditio, si non nups'erit habetur pro non adjecta, & quoniam adest altera conditio si nups'erit etiam residuum, centum accipit Titia si nups'erit, perinde enim habetur, ac si testator dixisset 200 Titia habeat pure, (quia conditio si non nups'erit ex Lege Iulia & Papia pro impossibili & non adjecta habetur) & 100 habeat sub conditione, si nups'erit.

S. 15.

Quare melius esse censemus, si sequamur lectionem Haloandrinam: *Titia si nups'erit ducenta; si non nups'erit centum lega-*

legavit &c. Juxta hanc enim lectionem 1.) nullum resultat absurdum, omniaque facile patent 2.) lectio haecce, ut celeberrimus Practicus JACOBVS MENOCHIVS Libro 4. presumt. 83. n. 21. & 22. ait. Legibus & moribus hominum convenit, illis, quia leges utilitatis publicae causam homines ad nuptias invitant, his quia homines solent plus relinquere matrimonium contrahentibus, ut inde onera ipsius matrimonii perferre possint, quam in celibatu viventibus. 3.) Quia non probabile est Papinianum I. Ctum subtilissimum & incomparabilem, cuius alias singularis prudentia in interpretatione ultimarum voluntatum enituit in hac lege tam absurdam fuisse opinionem. Nam aut spectamus solum testatoris voluntatem, aut simul juris consonantiam, priori respectu non appetet, eur Titia in casu secutarum nuptiarum petere possit ducenta, quia hoc casu juxta testatoris voluntatem ei solum centum sunt deputata, posteriori respectu Titia utique ducenta & simul centum petere potest, ducenta, quia conditio, si non nupserit juxta juris consonantiam vitiat, nec debet impleri ob favorem nuptiarum, centum etiam, quoniam in casu nuptiarum testator ipsi centum reliquit, nec obstat ratio in lege citata: *Ridiculum est enim eandem & ut viduam & ut nuptam admitti.* Nam hec ratio procedit quidem si solum spectamus testatoris voluntatem juxta quam Titia non 200, sed solum 100 accipit in casu secutarum nuptiarum, si vero simul spectamus consonantiam juris & testatoris voluntatem, non est ridiculum Titiam ut viduam & ut nuptam admitti, scilicet admittitur ut vidua juxta juris consonantiam ad 200, & ut nupta ad 100 juxta testatoris voluntatem.

Taxat quidem celeberrimus Tarraconensium Praeful
 ANTONIUS AVGUSTINVS Libr. 1. Emendat. & opinion. jur.
 c. 2. lectionem Haloandrinam, sed nihil contra illam ur-
 get, quam hæc: Sed oblitus Haloander esse videtur quod
 capite LXXII ad L. Mulieri & Titia 74. π^{r} de condit. &
 demonstrat. scriptum esset, perinde scilicet haberi ac si
 mulier conditioni paruisset. Sed respondemus in L. 74. π^{r}
 de condit. & demonstrat. unam solum testator expressit
 conditionem, si non nupsérit, quæ utique juxta juris
 consonantiam & per fictionem juris perinde habetur, a
 si mulier conditioni paruisset, licet revera non paruerit,
 dum contra voluntatem testatoris nupsit. Verum in L.
 100. π^{r} de condit. & demonstrat. non una sed duplex à
 testatore ponitur conditio, si nupsérit & si non nupsérit,
 ut illo casu centum hoc ducenta acciperat Titia dum igi-
 tur duplex habetur respectus in citata Lego 100, alter ad
 testatoris voluntatem, alter ad juris consonantiam, de-
 bemus legem illam sic explicare, ut nullum producat
 absurdum, quod contingit, si retineamus Florentinam
 lectionem, nec obstat, quod MSSum Florentinum sit
 fons ex quo omnia reliqua exemplaria promanarunt,
 quodve exinde ejus lectio omnibus cæteris sit præferen-
 da, ad hoc enim respondeatur, esse quidem lectionem
 Codicis Florentini omnibus præferendam, & non te-
 mere ab illa recedendum, quodsi vero citra absurdum
 illa salvari nequeat, potius correctionem Florentini ex-
 emplaris quam absurdum esse admittendum, accedit,
 quod ob antiquum inusitatumque literarum ductum
 MSSum Tuscum non recte semper fuerit descriptum,
 quod satis superque ostendit LAURENTIVS THEODORVS
 GRO-

GRONOVIVS in Emendationibus Pandectarum juxta Florentinum exemplar examinatis. Lugd. Badav. 1685. in 8vo editis.

§. 17.

Quod vero conditio: si non nuper sit, ultimis voluntatibus adscripta à Ictis Romanis rejecta, ac pro non scripta habita fuerit, ex interiori jurisprudentia Romana nobis erit deducendum. Liberrima nempe civibus Romanis testandi per Leges XII Tabularum concessa erat facultas; in iis enim cum fuisset cautum: PATER FAMILIAS VTI LEGASSIT SVPER PECVNIAE, TVTELAEVE SVÆ RÆ ITA JVS ESTO, suo arbitrio de bonis suis disponebant, ratæque illorum ultimæ habebantur voluntates, sive pure, sive sub conditione, vel quoconque modo hæredes suos instituerint. Cum vero ii, quibus legum demandata erat cura, animadverterent, cives Romanos hæredibus vel legatariis suis conditiones impossibilis, vel quæ contra leges ac bonos mores essent, abscribere sua que testandi facultate saepius abuti, disputatum inter illos fuit, an conduceret hanc testandi facultatem, quæ civibus competebat, restringere, nec ne? & obtinuit post longam disputationem, ut conditiones impossibilis ultimis voluntatibus adscripta vitiarentur, i.e. evanescerent per L. 6. π de condit. institut. & pro non scriptis accipienda essent per L. 6. & L. 20. π codem L. 16. π de injusto, irrito &c. L. 104. C. de Legat. 1. & §. 20. J. de hæred. institut. item pro non adjectis per L. 135. π de Reg. Jur. perinde ac si pure legatum esset per L. 50. §. 1. π de hæred. instit. nihil legato nocerent L. 12. §. 1. de legat. 1. quod claris verbis indicat VLPIANVS in L. 3. π de condit. & demonstrat, cum inquit: *Obtinuit impossibilis conditiones testamento adscriptas pro nullis habendas.*

D

Sunt

Sunt autem conditiones, quæ pro nullis habentur, aut impossibilis aut falsæ, aut contra jus, vel, ut Doctores loquuntur, quedam ex suppositione, quedam jure sunt impossibilis, quedam natura. Jure impossibilis dicuntur, quæ sunt contra bonos mores L. 20. π de condit. & dem. L. 9. π de Condit. institut. L. 5. C. de Instit. & Substitut. vel contra Leges: L. 7. π de condit. institut. vel in fraudem Legis L. 27. π ad Leg. Falc. vel contra Rempublicam L. 13. π de pollicitat. vel contra Edictum Prætoris, ut conditio jurisurandi L. 20. π de condit. & demonstrat. L. 8. π de condit. institut. vel quæ sunt contra publicam utilitatem, ut conditio si non nupserit L. 65. §. 1. ad Setum Trebellian. L. 22. L. 62. §. 2. L. 65. L. 64. L. 71. L. 72. L. 100. π de condit. & demonstrat. quæ omnes conditiones impossibilis in ultimis voluntatibus detrahuntur, quod secus est in stipulationibus & contractibus, quos vitiare ac inutiles esse adjecta impossibili conditione certo certius est ex L. non solum π de obligat. & action. L. impossibilis π de V. O. §. si impossibilis i. de inutil. stipulat. L. si sub impossibili π de fidejuss. quem nodum Mæcianus disolvit, hujusque discriminis hanc reddit rationem in L. 31. π de obligat. & action. cum ait. *Quia in ea re, quæ ex duorum plurium consensu agitur, omnium voluntas spectatur, quorum preciū dubio in hujusmodi actu talis cogitatio est, ut nihil agi existimat adposita ea conditione, quam sciant esse impossibilem.* Conferatur PAVLVS DVVRAN in Tractat. de Condit. & modis impossibil. ac jure prohibitis part. 2. c. I.

G. 18.

Ex iis itaque, quæ à nobis deducta sunt, patet, cœlibatus & viduitatis conditionem à testatore in ultima voluntate heredi vel legatario suo indictam ex Legis Julie

&

(27)

& Papiae Poppææ sententia interpretationeque prudenter ad illam facta pro impossibili habitam, omnibusque æqualiter remissam fuisse. Verum subsecuta mox Legem Papiam Poppæam Jurisprudentia hanc conditionem ultimis voluntatibus adscriptam non simpliciter remisit, sed temperamentum quoddam in personis jam pridem nuptis adjecti; Quod si enim à conjugi conjugi imposita fuisset illa conditio, non remittebatur, nisi intra annum nuberet, juraretve, se non aliqua libidine, sed liberorum procreandorum causa nuptias repetere; Senatus consultum enim circa conjuges, uti patet ex L. 3. C. de indicta viduit. factum est, quod JACOBVS GOTHOFRDV^S in notis ad Legem Julianam & Papiam Poppæam hunc in modum restituit: **VT SI CONIVX INTRA ANNVM A MORTE CONIVGIS IVRAMENTVM PRÆSTITISSET, QVOD LIBERORVM QUÆRENDORVM CAUSA AD ALIAS NVPTIAS DEINCEPS CONVOLATVRVS ESSET, CONDITIONE VIVITATIS EI A CONIVGE ADSCRIPTA REMITTERETVR CONIVGISVE TESTAMENTO RELICTVM SIBI CONSEQUI POSSET.** Quod si itaque intra annum superstes coniux non nupsisset, nec jurasset, conditio viduitatis ei à coniuge in ultima voluntate indicta non remittebatur, nec hereditatem, nec fidei commissum, nec legatum, nec donationem mortis causa capiebat, nisi cautionem Mucianam præstaret, promitteretve, rem a se restitutum iri cum fructibus medii temporis, si ad novas nuptias convolaret, cuius cautionis Muciane utilitas consistit, ut imperator JUSTRINIANVS cap. 34. Nov. 22. ait: ἐπὶ πάντων τῶν ἐισημένων εἰς τὰς τῶν περιγυμάτων κολύσεις, in conditionibus, quæ in non faciendo sunt conceptæ, vel ut loquitur excelsi ingenii homo PAPINIANVS in L. 73. π^τ de condit. de demonstrat, in omnibus conditionibus, quæ morte le-

gatariorum finiuntur receptum esse, ut Muciana cautio interponatur, qui explicazione hujus cautionis mirifice delectatus videtur. vid. L. 72. 73. 77. §. 1. &c 2. 76. n^o de legat. ii. conferatur Henrici Brenckmanni Icti de Eurematicis diatriba p. 247.

§. 19.

Quod vero per Senatus consultum, ad Legem Julianam & Papiam factum, viduitatis conditio tunc demum fuerit remissa, si intra annum nuptias contraheret, juraretque se non libidine quadam, sed liberorum recreandorum gratia ad novas nuptias convolare, solenne erat Romanis in matrimonii. Ita Ennius Poëta perantiquus in Cresphonte: Dicit me uxorem liberum sibi quæsendum gratia; antiqui enim pro quoero scribent quæso, ut est apud FESTIVM voce quæso; apud QVINTILIANVM Declamat. 247. formula juramenti concepta est: Liberorum recreandorum gratia; in L. 220. n^o de verb, signif. Liberorum procreandorum animo & voto. Hujus rei exempla etiam in rerum Romanarum scriptoribus prostant; ita eodem modo Sp. Carvilium jurasse GELLIVS L. 4. Noct. Attic. c. 3. testis est. Imo latinus apud Romanos jus Quiritium conseqebatur, si testatione hacce interposita civem Romanam vellatinam uxorem duxerit, teste VLPIANO in fragm. Tit. 3. §. 3. conf. DIONYSIUS GOTTHOFREDVS ad L. 220. n^o de V. S. qui multa de hac testatione votoque matrimoniali annotavit.

§. 20.

Vocatur autem hic modus, dispositioni Legis Julianæ & Papiae Poppææ per Senatas consultum adhibitus, ab Imperatore Justiniano in l. 2. & 3. C. de indicâ viduit. cap. 43. Nov. 22. Lex Miscella, de cuius denominatione

fufc

fuse inter eruditos disceptatur, ut omnes omnium sententias & conjecturas referre aut expendere non tam sit utile, quam legentibus tedium & scribenti operosum. Putant quam plurimi, hanc Legem Miscellam nomine suum ducere ab autore Julio Miscello, quae est sententia AZONIS, BARTOLI & veterum plerorumque, quam etiam JOHANNES ROBERTVS Libr. I. Animad. c. 2. item in notatis ad notata MERCATORIS & ex recentioribus, quod valde miramur, eruditus ille Transalpinus JANVS VINCENTIVS GRAVINA in origin. jur. civ. p. 358. adstruere conati sunt. Verum enim vero in errorem hos ICtos induxit versio vulgata c. 43. Nov. 22. ubi Latinus interpres haec Justiniani verba: ἀλλὰ ταῦτα δὲ τὰ προθῆντα εἴναι αὐτὸς ὁ Ιωάννης Μισκέλλας ἐξώρευ, αἰδίᾳ Quintos Mucios Scevolas προνομοθετήσας ἐπόγχανεν &c. ita interpretatus est. Sed hanc quoque adjectionem ipse Julius Miscellus haud invenit, sed Quintus Mucius Scavola hoc sanciverat. Ita Latinus interpres, sed valde hallucinatus est. JYSTRINAVS enim non Miscello dixit sed Miscella, neque etiam verba ejus legislatorem denotant, sed ipsam Legem Julianam Miscellam, ut paulo antedixit Ιωάννης Μισκέλλας παλαιὸς νόμος non νεωθέτης conf. AEGYDII MENAGII amoenitates juris civilis p. 306. HYBERTUS GIPHANIVS in explanat. LL. diffic. codicis ad tit. de indict. viduit. & JULIVS PACIVS in Analysis Codicis ad Tit. de indicta viduit. n. 3. Quare etiam à celeberrimo Marpurgensium Antecessore JOHANNE FREDERICO HOMBERGIO in Bach in nova ac eleganti Novellarium versione, quam nobis anno 1717. dedit, verba dicti capititis 43. Nov. 22. superius allegata ita ex Graeco in latinum sunt conversa: Verum hanc adjectionem ipsa Lex Julia Miscella non invenit, sed Quintus Mucius Scavola hoc ante sanciverat. Unde non possumus, non quin sacratissimum Imperatorum

rem Justinianum contra doctissimum alias virum CHRISTIANVM GODOFREDVM HOFFMANNVM defendamus, qui in historia Juris Romano - Justinianei p. 57. in ea est opinione, ac si Imperator Julianus Miscellum Legis Miscellæ dicto capite 43. Nov. 22. nominaverit autorem, ipsique, cum non raro in historia fallat, non semper fidem esse habendam putat, cum tamen doctissimus vir scire debuisset, non Imperatorem Justinianum, sed latinum interpretem errasse, aliquisque errandi occasionem præbuisse.

§. 21.

Lex Julia Miscella itaque magis dicta Julia à Lega Julia de maritandis ordinibus, non quod caput hujus Legis fuerit, quæ JACOBI CVJACII in expositione Novellæ 22. & HVBERTI GIPHANII in explanatione difficiliorum & celebriorum Legum Codicis Justinianei ad Titulum de indicta viduitate fuit sententia, nec quod Lex Julia & Papia Poppæa per Legem Julianam Miscellam fuerit abrogata, in qua opinione celeberrimus W. A. LAVIERBACHVS in Collegio Theoretico-Praætico P. 2. p. 422. fuit, sed quod tanquam temperamentum & moderatio mox LegiJuliae & Papiae Poppææ adjecta fuerit. Sæpius enim Leges Romanæ Senatus consultis postea vel corrigebantur vel latius extendebantur, quod deinde ipsis Legibus tribuere solebant ICti Romani. Ita ut exemplo hæc, quæ dicta sunt, illustremus, dispositionem illam de sexagenariis, quasi generare non possent, legis Papiae Poppææ caput vocat SVETONIVS in vita Claudi⁹ cap. 23. quod tamen ipse mox à Tiberio Cæsare ei additum dicit: *Capiti Papiae Poppææ legis à Tiberio Cæsare quasi sexagenarii generare non possent, addito abrogavit;* similiter Imperator IUSTINIANVS in

L. 27.

L. 27. C. de nuptiis. Nuptias inter masculos & foeminas
majores vel minores Sexagenariis vel quinquagenariis le-
ge Julia vel Papia prohibitas tradit. & LACTANTIVS Libr. I.
divin. institut. cap. 19. Sexagenario legem Papiam impo-
stuisse fibulam significat; cum tamen hæc de re in ipsa
lege Julia & Papia non fuerit actum, sed initio principa-
tus sui ab Tiberio per Senatusconsultum Pernicianum (*)
ut VLPIANVS nos docet in fragm. Tit. 16. §. 3. ei additum,
quod egregie exposuit JACOBVS PERIZONIVS in erudita de
lege Voconia foeminarumque hæreditatibus dissertatio-
ne, quæ cum aliis duabus ejus dissertationibus conjun-
ctim prodidit Daventriæ a. 1679.

(*) JACOBVS PERIZONIVS in allegata dissertatione p. m. 156.
hocce Senatus consultum non Pernicianum, sed Persici-
anum vocandum censem ex eo quod 1.) neque consul, neque
alius quisquam tali reperiatur nomine, quale illud quidem
præfert 2.) quod PAVLVS FABIVS PERSICVS tertio ante Tiberium
mortem anno consul Romæ una cum L. VITELLIO fuerit 3.)
quod apud Senecam de beneficiis L. 2. 21. Julius Græcinus,
quum magnam pecuniæ summam à Rebilo Consulati, sed in-
fami homine sibi missam accipere nollet, dixerit: Rogo igno-
reas, nam & à Persico non accepi, & 4.) quod apud GRVTE-
RVM in corpore Inscript. p. 502, notabilis illa legatur inscri-
ptio, quæ continet Imperatoris Claudi de civitate Gallis
danda, orationem: NON MAGIS POENITENDI SVNT SENATO-
RES, QVAM POENITET PERSICVM, NOBILISSIMVM VIRVM AMI-
CVM MEVM, INTER IMAGINES MAJORVM ALLO BROGICI NO-
MEN LEGERE,

§. 22.

Quod vero lex Julia Miscella non caput legis Iuliæ
& Papia Poppeæ, sed additamentum quoddam & cor-
rectio harum legum fuerit, ex iis, quæ §. 19. dicta à nobis
funt, patet; Lex enim Iulia & Papia indistincte omnibus
ta m

tam conjugibus, quam nondum nuptis viduitatis & co-libatus conditionem in ultimis voluntatibus ad scriptam remittebat, ast lex Iulia Miscella unum casum ex-cipiebat, quo hanc conditionem remittere noluit, post annum scilicet à morte conjugis. Quodsi enim conjux superstes, cui indicta viduitas, intra annum non nupsisset, nec jurasset, se liberorum creandorum voto nuptias contrahere, ad relictum amplius non admitebatur, nisi cautionem Mucianam praestaret, se nunquam nupturum. Deinde in Codice ab Imperatore Iustiniano non lex Iulia & Papia, sed legis hujus moderatio & correctio scilicet Lex Iulia Miscella abrogatur, quod evincitur partim ex rubrica tituli Codicis: *de indicta viduitate & lege Julia Miscella tollenda*; partim ex legibus sub hoc titulo extantibus; sequitur exinde, Legem Miscellam Iuliam dictam esse, non quod caput, sed quod additamentum & correctio Legi Iulie & Papie mox (*) adjecta fuerit, adeoque ipsa lege Iulie & Papie fuisse posteriorem.

(*) Quò tempore Lex Julia Miscella, quam nonnulli ut Jvstrvs GEORG SCHOTTELIVS de singularibus quibusdam & antiquis in Germania iuribus & observatis cap. I. §. 33. male Fiscellam vocant, lata fuerit, non constat; SCHOTTELIVS quidem citato loco & CONRAD PHILIPP. HOFFMANN J. U. D. in Academia Regiomont. in Schediasmate: De annis quibus quis sub pena matrimonium inire tenetur §. 9. p. 78. hoc anno edito Annum 597. U. C. indicant, Augustumque eo anno Legem Miscellam legi Iulie de maritandis ordinibus adjectissē putant, sed vellemus, ut dicta sua autoritate veterum scriptorum firmassent.

§. 23.

Unde vero hæc Lex Miscella dicatur, Doctores non convenient, ac in diversas plane abeunt sententias, qui Latinam interpretationem cap. 43. Nov. 22. non inspecto

textu

textu originali sequuntur, Miscellam ab autore Julio
Miscello dictam esse autumant; verum interpretationem
latinam falsam esse, §. 21. ostendimus, & quamvis leges,
Plebisita, & senatus consulta à Tribuni plebis, vel Con-
sulis alicuius cognomine ut plurimum denominari vide-
mus, nulla tamen lex vel Senatus consultum duplex ab
uno latore nomen dicit, nec ullam unquam Romæ
fuisse gentem aut familiam Miscellam dictam, scriptores,
qui de familiis & gentibus Romanorum ex professo ege-
runt, ut FVLVIUS VRSINVS, ANTONIUS AVGUSTINVS aliique
nos edocent. Quare nos cum CVJACIO in Mercatore, ut
legem Papiam decimariam & legem Julianam Caducariam
aut vicesimariam, vel judicariam & theatralem à re qua-
de lata sunt dicimus, ita hocce legis Juliæ & Papiæ addi-
camentum Miscellam dictum fuisse à varietate plurium
rerum, vel quod ex varii generis juribus inter se commix-
tis, puta lege Julia, senatus-consulto, juramento & cau-
tione Muciana fuerit compositum, existimamus, in qua
re confirmamur, dum à scriptoribus Romanis vocabulum
Miscellum in eodem significatu usurpatum fuisse inveni-
mus. Ita VARRO de re Rustica Lib. 3. c. 7. dicit: Miscellum
genus columbarum, idem L. I. c. 54. ut & CARO de re ru-
stica c. 6. Miscellas appellat vites, quæ omni agro conve-
niunt, omnibusque aliis vitibus utiliter miscentur, &
apud FESTUM Miscelliones, qui scilicet non certæ sunt
sententiae, sed variorum mixtorumque judiciorum, apud.
SICULUM FLACCUM p. 26. Aes Miscellum, quod varia &
mixta nomina continet, priorum & qui primi deduci
fuerant simul & eorum, qui postea in locum defunctorum
successerunt. GELLIUS quoque L. 20. c. II. hoc sensu
dixit Miscellam & consulaneam doctrinam, & SYETONIUS

E

TRAN-

TRANQUILLUS in Caligula c. 20. Ludos Miscellos, qui interprete TORRENTIO ad nullum certum genus ludorum Scenicorum sive argumentum, sive scenæ instrumenta & apparatum spectes, referri possunt, qui ludi Juvenali satyra XI. vocantur Miscellanea:

Sic veniunt ad miscellanea ludi.

§. 24.

Sicuti igitur, ut in viam redeamus, lege Julia Miscella cavebatur, ut conjux, cui à conjugè aliquid in ultima voluntate sub conditione si non nupserit, erat relictum, aut indictam conditionem adimpleret, aut intra annum numeret juraretque, se non aliquà libidine, sed liberorum procreandorum causa ad secunda vota provolare, ita Imperator IUSTINIANUS hanc Legis Miscellæ dispositiōnem in L. 2. & 3. C. de indicta viduitate & lege Julia Miscella tollenda, sustulit, veterisque legis Iuliae & Papiae dispositionem, quæ simpliciter adscriptam viduitatis conditionem remittebat, in totum revocauit, statuens: Licere conjugem etiam post annum ad alias nuptias transire, indictamque viduitatem contemnere, nec opus esse ad hereditatem vel legatum consequendum & Cautione Muciāna & jurejurando.

§. 25.

Et hoc Imperator constituit 1.) sive marito, sive uxori sub viduitatis conditione aliquid esset relictum, ut ex L. 3. C. de indicta viduit, patet. 2.) Sive liberi extent ex priori matrimonio, nec ne, hac tamē servata differentia, quod priori casu proprietas rei legate servetur liberis, ut & cæterorum omnium bonorum, quæ ex bonis prioris conjugis superstes conjux accepit per verba L. 1. C. de indict. viduit: *poena hujusmodi cessante, sive habeat libe-*

liberos, sive non, & ea percipere, que maritus dereliquit. Quorum omnium manifestissimum est, dominum minimè eas liberis ex filiis habere, usufruere tantummodo apud eas remanente, & ad liberos prius tertiis proprietate eorum deferenda, secundam ea, qua ex his mulieribus obveniunt, statuta sunt.

§. 26.

Adjungitur etiam in dicta L. 3. C. de indicta viduit: ex Ulpiano differentia Conditionis, de qua adhuc dictum fuerit, si non amiserit, & si aliquid Meviæ fuerit relictum; Si vidua erit, vel cum vidua erit, vel quoties vidua erit, & è contra maribus: Si amiserint uxores, vel: quando ad celibatum pervenerint; Scilicet hæc, quod illa viduitatis conditio, quia contra utilitatem publicam est, remittatur, hæc vero non, quia non prohibet, nec impedit matrimonium, sed tantum id agitur, ut si conditio evenerit, id est, si vidua facta fuerit, vel uxorem amiserit, legatum consequatur, quasi in solatium viduitatis, ut loquitur Imperator IUSTINIANUS in L. 3. C. de indict. viduit: Sed quia apud Ulpianum in libris Sabinianis invenimus quedam verba, que effugient legis Miscellæ observationem, ne quis & ea sublata esse putaverit, sancimus, cum hujusmodi verbis mulieribus aliquid relinquantur. Si vidua erit, vel è contrario maribus; si amiserint uxores, vel quando ad celibatum pervenerint, non occari ea vindicare, vel legitimo modo sumere, que iis derelicta sunt, neque enim, ut permaneant foeminae in viduitate, vel masculi in celibatu videatur esse relictum.

§. 27.

Hujus autem constitutionis ratio duplex ab Imperatore nostro assertur, una scilicet, ne perjuriis, quibus per Legem Iuliam Miscellam occasio dabatur, via aperiretur, legibus enim via perjuriis aperiri non debet, cum perjuria Legibus ipsis puniantur, altera, ne matrimonia impedirentur, cum inter sit Reipublicæ matrimonia esse

libera ad eam cibis frequentandam, unde ait Imperator in L. 2. C. h. t. Cum enim mulieres ad hoc natura progenuerint, si partus ederent, & maxima ius cupiditas in hoc constituta sit, quare scienses prudentesque perjurium committi patimur? Tale igitur juramentum conquiescat, & Lex Julia Miscella cedat, cum Miciana cautione super hoc introducta, & à nostra Republica separata. Augeri etenim magis nostram Rem publicam & multis hominibus legitime progenitis frequentari, quam impius perjuriis affecti volumus, cum satis esse inhumanum videatur, per Leges, que perjuria puniunt, viam perjuriis aperiri.

§. 28.

Verum enim vero non diu duravit hæc Imperatoris Iustiniani dispositio; quæ enim A.C. 531. post Consulatum Lampadii & Orestis in L. 2. & 3. C. de indict. viduit. constituit, mutata A.C. 536. post consulatum Bellisarii, uti ex Fastis PETRI RELANDI Consularibus pag. 713. patet, sententia, iterum abrogavit, legemque Miscellam in plurimis reduxit, uti videre est ex cap. 43. & 44. Novellæ 22, & quæ inde desumpta est Authentica, cui relicturn C. de indicta viduit. Cum enim Imperator in anterioribus suis constitutionibus & juramentum, & cautionem Micianam, fieri voluerit, simpliciterque spreta viduitatis conditione mulieres ad relictum admiserit, idem tamen postea contraria omnia statuit in cap. 43. Nov. 22. in hæc verba: Nos igitur videntes, plurimas mulieres desiderio nuptiarum, non propter filiorum procreationem, sed propter necessitatem & jurantes, & nubentes & transcendentes morientium voluntates, existimavimus prius interim Sacratorem mederi partem, & perjurium eis cobibere, nec sincere talia subire juramenta, in quibus omnino perjurium promptum est. Nam nec illud inerat logi, ut oportaret sine filiis existentes mulieres hoc jurare sacramentum, sed eriam filios habentibus hoc adjacebat jurandum, quod Deum simul & defuncti animam contristaret, cum utique perjurium quidem esset in promptu: filiorum vero procreatio in fortuna muneribus jaceret &c. §. 29.

Constituit postea Imperator cap. 44. ut conjux superstes intra annum ad hereditatem vel legatum non admittetur, nisi ultimam defuncti voluntatem, qua ei viduitas injuncta erat, sacerdotio vel ingressu in monasterium adimpleret §. 1. post annum vero viduum vel vi duam petentem legatum non aliter ad illud admittere voluit, quam si cautionem Mucianam praestaret de re legata restituenda cum fructibus medii temporis, si secundas nuptias contraheret, & quidem, si res mobilis fuerat relista, cautio haec praestari debebat per juramentum cum hypotheca bonorum §. 2. si res immobilis & petens sufficientia posideret bona sub eadem cautione & hypotheca bonorum admittitur §. 3. Si legatarius pecuniam sibi reliquam alteri credidit, ac dein ad secundas nuptias transiit, non solum sortem restituere debet, sed etiam usuras, quas percipere potuit, quod juramento suo indicare debet, si vero pecunia usus fuerit, trientes usuras praestare tenetur §. 4. Si aurum fuerit reliquum & legatarius neque idoneus est, neque fidejussorem idoneum dare potest, trientes accipere tenetur usuras, donec vel nuptias contrahat, vel in eum redigatur statum, quo ad secunda vota transire amplius non possit §. 7. Mox autem, ut ad secundas nuptias convolareter, legatarius datum, ab eo, qui dedit, five res mobilis, five immobilis sit, vindicari; atque si nunquam datum fuisset, haberi debet.

Hæc vero, quæ Imperator in cap. 43. & 44. Nov. 22. statuit, ad viduos, viduasque tantum, non simul ad virgines ecclesiesque pertinent; que enim persona nuptias non-

nondum sunt expertæ, ex Legis Julij & Papirij dispositio-
ne, interpretationeque prudentum ad illam factâ, cœlibatus conditionem impunè spernunt, & hereditatem
legatumque sibi relatum acquirunt, quæ Legis Papirij
sententia neque per Legem Miscellam neque per L. 2. & 3.
Cod. de indict. viduit. neque per Novell. 22. est immutata.
Lex enim Miscella secundis nuptiis modum adhibuit, &
etiam si sub Tit. Cod. de indicta viduitate expresse tale
discrimen non inveniatur, hoc tamen colligitur a) ex
ipso Titulo Codicis de indict. viduit. qui non conceptus
est de interdictis aut prohibitis nuptiis, sed de indicta vi-
duitate; b) ex Legibus sub citato titulo codicis contentis,
quæ omnes de casu viduitatis tantum loquuntur. Nec
Imperator in Nov. 22. primas impedire voluit nuprias,
quæ tanquam Reipublicæ utiles Justiniane etiam seculo
magnum habebant favorem, sed tantum in odium se-
cundarum nuptiarum conjugi superstiti conditionem,
si non nupserit, in ultima voluntate ei indictam haud re-
mittendam esse censuit. Loquitur quidem Imperator
cap. 44. §. 8. generaliter, cum ait: Sed aliquis extraneus fve
viro, fve mulieri sub tali conditione dari quid voluerit &c. ubi vo-
cabula vir & mulier videntur posse applicari ad cœlibes,
cum hæc verba, ut ex aliis juris textibus patet, etiam
conveniant illis personis, quæ nondum primas inierunt
nuprias; dum igitur Imperator vult, ut servari debeat
conditio, si non nupserit à viro & muliere, etiam virgi-
nes videntur esse obstrictæ ad servandam illam conditio-
nem, scilicet tunc, quando volunt habere id, quod sub
hæc conditione ipsis in ultima voluntate relatum fuit.
Verum enim vero sermo tantum est in cap. 43. & 44. de
personis, quæ in matrimonio vixerunt, & jam in vidui-
tate

tate sunt constitutæ, quod ex proœmio c. 43. ubi imperator mentem suam exponit, sole meridiano clarius patet.

§. 31.

Præterea occurrit valde memorabilis, ac utilis quæstio circa caput 43. & 44. Nov. 22. Num scilicet dispositioni Imperatoris Iustiniani locus sit, etiam si extraneus testator conditionem hanc de non ineundis nuptiis secundis viduæ alienæ indixerit? celeberrimus FRANTZKIUS putat libro I. resolut. 15. n. 30. & seqq. affirmativam hujus quæstionis communem omnium Doctorum, quorum Commentarios sibi videre licuit, esse sententiam (IOHANNES SCHNEIDEWENIUS tamen in commentar. ad institut p. 633. n. a. & allegatus ibi GOTHOFRIDUS consentiunt cum FRANZKIO, qui ante eum vixerunt) sed postea cum verba dictæ Novelle & intentionem Imperatoris accuratius inspexisset, sibi negativam veriorem videre, ac dispositionem Imperatoris in iis saltem casibus ubi vel vir propria uxori vel uxor proprio marito sub hujusmodi conditione quid relinquit obtinere. Tres autem FRANTZKIUS ad stabiliendam suam sententiam afferunt rationes α) quod Lex Iulia Miscella, quam Imperator in dicta Novella 22. cap. 43. & sequenti in effectu fere reducere & augere intendit, non de quolibet testatore, sed saltem de conjuge locuta sit. β) Quod Imperator dicto capite 44. conceptis verbis hoc restringat ad ipsos conuges sub prædicta conditione invicem legantes, dum in proœmio dicti capituli inquit: *Unde facimus, si quis prohibuerit uxorem, ad aliud venire matrimonium, sive etiam uxori maritum (idem namque est utriusque) & pro hoc aliquid reliquerit &c. γ) Quod Imperator inter alias etiam hanc in cap. 43. circa finem sue constitutionis afferat rationem, quod animæ defuncti, quæ per secundas*

das nuptias tristitia quasi afficiatur, mederi voluerit, hoc autem non posse dici de alterius, quam testatoris vidua.

S. 32.

Verum hisce non obstantibus, dispositionem Imperatoris in dicto cap. 44. Nov. 22. quæ vult servari conditionem prohibitarum nuptiarum, non solum ad virum & mulierem sibi invicem sub tali conditione aliquid legantem, sed etiam ad extraneum pertinere, existimamus, & quidem ob rationem generalem ab odio secundarum nuptiarum desuuntam, qua motus fuit JUSTINIANUS hanc constitutionem suam edere ac statuere, etiam extraneum viduo vel vidua sub conditione non contrahendarum nuptiarum aliquid relinquere posse. HUBERTUS GIPHANIUS quidem in explanatione legum difficiliorum Codicis ad tit. de indict. viduit. p. m. 151. hanc extensionem ad extraneum etiam admittit ob verba Novella 22. sed ratio ab ipso addita nobis non probatur, dicit enim: quia eadem est ratio in extraneo, que in conjugi, ne matrimonium impeditur. Sed Imperator in dicta Novella non rejicit inviduis conditionem, quia matrimonium impeditur, sed potius probat, igitur GIPHANIUS hanc potius rationem adducere debuisse: quia in extraneo perinde, ut in conjugi militat odium secundarum nuptiarum, quod pro fundamento habuit Imperator ex sententia quorundam Ecclesie Doctorum, quos hodie patres vocamus; 2) Patet hoc etiam ex ipsa dispositione Imperatoris Justiniani, quam in dicto cap. 44. §. 8. conceptis verbis extendit ad extraneum viduo vel vidua sub conditione, si non nupserit, aliquid relinquenter, dum inquit: Hanc ipsam autem introducimus observantiam, & eundem intellectum etiam si non coniuges alterutris sub tali reliquerint conditione, sed aliquis alius extranus, sive vero sua

1111-

mulieri sibi tali conditione dari quid voluerit, scilicet fortuitorum casuum, secundum suam naturam legi super his rari in praefatis, quam in restituendis conservata. Accedit, quod IRNERIUS Authenticaem cui relictum Cod. de indict. viduit. eundem in modum conceperit: *Cui relictum quid fuerit a conjugi vel a qualibet persona, ne secundas ineat nuptias &c. existimat quidem FRANTZKIUS n. 35.* ex hac Authentica solidum argumentum peti non posse, cum illa unicè ex prefata Novella 22. sit astimanda, in qua tale quid non habetur, sed contrarium potius assertur; verum cum ex §. 8. c. 44. probavimus, hanc conditionem ab Imperatore JUSTINIANO non tantum admissam esse in testamento conjugum, sed etiam extraneorum, solidum ex dicta Authentica peti posse argumentum, quilibet, qui verba §. 8. paulo penitus impicit, cognoscet; miramur itaque FRANTZIUM aliquosque Ictos celeberrimos, ut W. A. LAUTERBACHIUM* Illustrem Lynckerum in Analect. ad Struvii Syntagm. jur. eiv. Tit. de ritu nuptiarum p. m. 277. & BERGERUM in Oeconomia juris pag. 117. PETRUM MÜLLERUM in dissert. de odio secundarum nuptiarum cap. 2. th. 7. ejusmodi fo-
visse opinionem qua & intentioni & ipsis verbis Imperatoris quam maxime contrariatur, sed seducti nobis videntur hi viri celeberrimi à FRANTZIO, qui ad fundandam stabiliendamque suam sententiam quam plurima argumenta coacervat. Speciminis vero id loco esse potest, quod non statim recentioribus Ictis licet alias claris & accuratis fidem habere, sed prius illorum sententiam examinare debeamus. Quam in rem optime Quintilianus L. 10. instit. orat. c. 1. cum inquit: *Neque id statim legenti perscrutum sit, omnia que magni autores dixerint, utique esse perfecta.* Nam & labuntur aliquando & oneri cedunt, & indulgent

F

in-

ingeniorum suorum voluptati, nec semper intendunt animum, cum Ciceroni interdum dormitare Demosthenes, Horatio vero Homerus ipse videatur.

(*) In Collegio Theoretico Praet. Tit. de Ritu nuptiarum §. 39. in compendio quidem suo eodem titulo nostram fovet sententiam, sed verba: Secus esse, si extraneus ita legaverit, putat Frantz. d. l. n. 31. sed mala per Nov. 22. c. 44. vers. hanc ipsam & Auhent. cui relictum C. de indicia viduit, toll. in recentioribus editionibus contra mentem autoris sunt inserta,

§. 33.

Nec obstant nostræ sententiae, rationes à Frantzio ad fundandam suam intentionem adductæ; ad primam enim quod attinet, facilius illa dicitur, quam probatur; nam primum certum non est, legem Julianam Miscellam non de quolibet testatore sed tantum de conjuge locutam fuisse, cum MERCATOR L. 1. Notat. cap. 2. contrarium assuererit, & etiam si verum illud esset, probari tamen nequit, Imperatorem Justinianum in omnibus dispositionem Legis Miscellæ in capite 43. & 44. Nov. 22. reduxisse, in nonnullis enim capitibus, ut ratione juramenti præstationis, quam Lex Miscella requirebat, eam magis correxit, quam reduxit. Ad secundam Frantzii rationem respondemus cum Celso in L. 24. *de Legibus: In civile esse, nisi tota Lege perspecta una aliqua particula ejus proposita, judicare vel respondere velle;* nam quamvis Imperator in proœmio *unde sanctius* cap. 44. Nov. 22. tantum de viro & muliere loquatur, mox tamen in §. 8. dicti capititis, uti §. antecedenti monstravimus, dispositionem suam expressis verbis ad extraneas etiam personas viduo vel viduæ sub conditione, si non nupserit hereditatem vel legatum relinquentes, extendit. Nec tertia ratio magni est mo-

men-

menti; nam etiam si rationem suę dispositionis hanc cap. 43. afferat JUSTINIANUS, quod anima defuncti, quæ per secundas nuptias tristitia quasi afficiatur, mederi voluerit, quod non de alterius, quam testatoris vidua potest dici, hæc tamen fatente ipso Frantzio una tantum ratio est, eur Imperator hoc statuerit, ex qua ad totam dispositionem Imperatoris argumentatio minimè procedit.

§. 34.

Satis autem ex his, quæ à nobis deducta sunt varia-
tio Imperatoris in condendo jure suo elucet, cum enim
in L. 2. & 3. Cod. de indicta viduit. conditionem, si non
nupserit viduo vel viduae in ultima voluntate indictam
remisisset, ita hoc pro sua sibi in L. 3. §. 18. C. de veter. Jur.
enucleand. reservata corrigendi novaque statuendi liber-
tate, mox in cap. 43. & 44. Nov. 22. immutavit, servari-
que hanc conditionem à viduo viduaeque sub amissione
relicti voluit; simile quid conspicitur in Nov. 116. c. 17.
circa tempus, quod expectare debet mulier maritum in
expeditione degentem; cum enim quadriennium, quod
Imperator CONSTANTINUS in L. 7. C. de repudiis consti-
tuerat, per Nov. 22. c. 14. ab Imperatore Justiniano in de-
cennium prorogatum esset, hoc decennium in Novella
117. cap. 11. iterum Imperator in incertum tempus muta-
vit, statuitque uxorem ob longissimam etiam mariti ab-
sentiam nubere non debere, nisi illum mortuum esse
certo audierit, ac causæ cognitio accesserit; aliud ex-
emplum mutationis juris Justinianei occurrit circa legit-
imam; cum enim Imperator Nov. 18. cap. 1. statuisset, le-
gitimam quocunque titulo sive per legati, sive per fidei
commissi occasionem posse relinquī, hoc per Nov. 115.
c. 3. iterum correxit, voluitque, ut legitima honorabili

institutionis titulo relinquatur. Eodem modo Imperator sextam illam solennitatem, qua per manus testatoris & testium nomen heredis exprimi debeat, quam in §. 4. J. de Testam. ordinand. ex L. 29. C. de testam. solenni testamento addidit, iterum per cap. 9. Nov. 119. immutavit ac sustulit, plura jam de mutationibus juris Justinianei ratione excessivæ donationis & que circa heredem liborum institutione contigerunt, jam non addimus, de hisce enim similibusque alio fortasse ac commodiori loco nobis didendi erit occasio.

Supereft, ut genuinam novæ hujus constitutionis Justinianæ scilicet Novellæ 22. cap. 43. & 44. causam appetiam ac rationem, quæ nulla alia fuit, quam odium secundarum nuptiarum, quod Justiniano seculo obtinuit. Quamvis enim apud veteres Romanos secundæ nuptiæ non minore, quam prime prosequerentur favore, atque illi, quibus legum cura erat demandata, civium suorum animos ad secundas nuptias potius allicerent, quam ab illis quenquam absterrerent, quod præmia in nubentes per Legem Julianam & Papiam proposita, pone que in coelibes ac viduos statute satis probant; interim negari non potest, etiam apud veteres Romanos secundarum nuptiarum non defuisse osores, qui eas intemperantiae infamia laborare arbitrati sunt, unde illud Pausili:

Habent locum maledictæ crebrae nuptiæ.

Quo etiam referri debet locus Valerii Maximi Libr. II. c. I. de matrimoniorum ritu: Quæ uno contento matrimonio fuerant, corona pudicitie honorabantur; existimabant enim, eum precepit matrone sacra fide incorruptum esse animum, qui depositæ virginitatis cubile pudicum egredi nesciret mulorum matrimoniorum experi-
enti-

entiam quasi legitime cuiusmodi in tempestantia signum esse credentes; Eodem modo PLUTARCHUS in Gracho laudat Corneliam Grachorum matrem, quod expetita à Ptolomaeo maluerit vidua manere, quam regina fieri, & in Problem. Rom. 105. scribit: fœdum esse viduis, multis præsentibus nubere, cum secunda nuptiae sint tristes atque lugubres. & Hieronymus Libr. I. adversus Jovianum posterioribus capitibus exempla commemo- rat plurima utriusque sexus eorum, qui à secundis nuptiis abhorruerunt. Posteaquam vero apud Romanos Christiana religio fuit introducta, pessimæ secunde nuptiæ audiverunt, ac à Doctoribus primitivæ ecclesie, quos hodie patres vocamus, in odium vocatae sunt, quorum de secundis nuptiis haec fuerunt sententiae & iudicia: ordiamur autem à GREGORIO NAZIANZENO cui hoc de ea re est judicium in homilia super dicto Evangelii: τὸ πρῶτον συνοικεῖσθαι τὸ δεύτερον συνεπεῖσθαι, τὸ τρίτον ἀποπεῖσθαι, οὐ δὲ πέμπτον, τέταρτον καὶ πέμπτον: Primum ait matrimonium lex est (i. e. legitimum) secundum permisso, tertium transgressio legum, qui hunc numerum excedit, porcinus est. AMEROSIVS Comment. in 1. epist. ad Corinth. A Deo inquit prime nuptiae sunt, secundæ vero permissæ sunt, denique prima nuptia sub benedictione Dei celebrantur sublimiter: Secundæ autem & tertiæ præsentie carent gloria. Idem in 1. ad Tim. cap. 3. Homini unam uxorem decrevit Deus, nemo enim cum secunda benedicatur. JOHANN CHERYSTOMVS homil. 7. 2. ad Tim scribit: Mulieres non contentas priore matrimonio, sed iterum nubentes maculare torum mariti prioris & memoriam ejus violare. Nam si non nubere omnino melius est, quam nubere, melius quoque erit semel tantum, quam sapius nupissse. Idem hom. 2. ad Tim. omnes inquit scitis secundas nuptias, quamvis contrahi legibus non prohibeantur, tamen multis iniurias effici obnoxias. Nec alter judicat BASILIUS SALEUCÆ Episcopus in Homil. penult. οἱ μετὰ τὴν τελευτὴν κανονιῶν προσμισθέντες, ταπει ποιῶν καταστόσκοται, εἰ καὶ μηδέποτε

Exxi

*Ἐχετὸ πεῖρυσ. h. e. Qui post mortem commiscentur cum aliis à mul-
tis damnantur, tametsi ea res pānam nullam habeat propositam.
TERTULLIANUS libro de exhortatione castitatis ait: Secun-
dum matrimonium quasi species est supri. CLEMENS ALEXANDRINUS
L. 3. Strom. secundas nuptias fornicationis vel peccati in
proprium corpus accusat, easque cum avaritia & ido-
lolatria confert. Cum itaque Imperatores Christia-
ni horum dogmatibus informarentur, non miran-
dum, quod secundæ nuptiæ tanto apud illos laborarint
odio, tantisque pœnis, quæ in Legibus Codicis Theodo-
dosiani & Justiniane sub titulo de secundis nuptiis
& in Nov. 22. cap. 20. & 23. continentur, dignæ illis
visæ sint, inter quas constitutiones & hæc nostri Impera-
toris est, dum capite 43. & 44. Nov. 22. conjugem supersti-
tem, cui sub conditione si non nupserit in ultima volun-
tate aliquid relictum, haud aliter ad id admittendum esse
censuit, nisi conditionem statim adimpleret vel cautio-
nem præstaret de secundis nuptiis non incundis. Objici
quidem potest contra hæc constitutionis Justinianæ
rationem à nobis adductam, cur Justinianus in L. 2. & 3.
C. de indicta viduit. non æque hoc odium secundarum
nuptiarum respexerit, sed responderetur, forte Imperator
Justinianus successu temporis plus indulxit Clericis, quam
sub initio imperii sui.*

§. 36.

Hæ fuerunt variæ juris Romani mutationes, quæ
circæ conditionem, si non nupserit ultimis voluntatibus ad-
scriptam contigerunt. Ne autem theoræ tantum studio
delectari videamus, in usum hujus juris à nobis propo-
siti practicum, cum jām casus frequentissime contingat,
ut aliquid sub cœlibatus ac viduitatis conditione relin-
qua-

quatur, inquiramus; separandæ autem statim sint primæ
 à secundis nuptiis, quippe quæ tanto favore dignæ non
 censentur, quam primæ; Hinc conditio de non nubendo
 haud impedimento est primis nuptiis juxta caput Legis
 Juliae & Papiæ §. 8. à nobis propositum, quod quoad pri-
 mas nuptias neque per jus Digestorum, neque per legem
 Julianam Miscellam, neque per l. 2. & 3. C. de indict. viduit,
 neque per cap. 43. & 44. Nov. 22. ut superius §. 31. demon-
 stravimus, est mutatum ac correctum; Correctum vero
 quod non est, quare stare prohibetur l. 32. Cod. de ap-
 pellat. & l. 27. Cod. de test. Quæ enim mulier nondum
 experta est maritum, ei nuptiæ non sunt invidendæ nec
 dissuadendæ, quin potius, ut hæc viro nubat, quavis
 ratione ac monito est adigenda MANTICA de conject. ult.
 volunt. l. ii. tit. 19. PEREGRINUS de fideicomiss. art. ii.
 n. 118. PAULUS DURAN. de conditioni Part. 2. cap. 3. n. 20.
 COVARRUVIAS de matrimon. P. 2. c. 3. n. 14. & 15. & Variar.
 Resolut. L. i. c. 19. TEPATUS in Compend. Decis. & omnium
 sententiarum P. 3. Tit. 626. NATT Consil. 355. PEREZ ad
 Tit. C. de indict. viduit. STEPHANUS ad Nov. 22. n. 112.
 SONNEMANN ad cap. 43. & 44. Nov. 22. FRANTZKIUS l. i.
 Resolut. 15. n. 40. CARPOV. Decis. 156. STRYCK in U. M.
 Pandœfl. Tit. de condit. & Demonstrat. & in Caut. Test.
 cap. 16. §. 35. illustris BERGER in Oecon. juris p. 117. n. 3. &
 illustris CHRIST. WILDOVOGEL Responso 13. n. 16. Quod et-
 iam in illis fœminis, quæ quidem nupserunt, non tamen
 mulieres factæ sunt à maritis, procedere ANG. CASTRENSIS
 & JASON n. 2. ad Auth. cui relictum C. de indicta viduit.
 PHILIPPUS DECIUS in rubr. n. 4. C. de sec. nupt.
 EMAN. à COSTA in §. si arbitratu l. cum tale ff. de con-
 dit. & Demonstrat. probaverunt. Sed an conditio,

Si non nupserit sit de jure impossibilis & removeatur, quoties apponitur mulieri, quæ nunquam nupsit & tam
en spoliata est virginitate, magis dubitari potest, com
munis tamen Doctorum opinio tenet, quod etiam in hoc
casu conditio, si non nupserit, sit impossibilis & ultimis
voluntatibus adscripta pro non adjecta habenda. Jacob
à Sancto Geor. in dict. Authent. cui relictum C. de indict.
videtur. Anton. Gomez Tom. variar. c. 12. n. 78. Emanuel
à Costa ad §. si arbitratu L. cum tale n^o de condit. & de
monstrat.

§. 37-

Quamvis autem conditio, si non nupserit virgini
vel juveni adscripta sit impossibilis ac pro non adjecta
habeatur, impossibilis tamen non est, sed sustinetur, si
in casu existentis matrimonii pia causa vocetur, argu
mento §. 1. L. 69. n^o de condit. & demonstrat. in quo liber
tas à I^oCto Paulo potior esse censetur, legato alteri facto,
cum inquit: *Servi uisfructus mulieri, quoad vidua esset legatus,*
idem servus si ea nupserit, liber esse iussus est, si mulier nupserit, liber
erit, quia potior est legato libertas; cuius decisionis Paulianæ
hec à Doctoribus asserri solet ratio, quod nuptie esse
possent absque prole, per libertatem autem novus Rei
publicæ civis agnoscatur, & licet BARTOLUS ad dictam
§. 1. merito de hac re dubitaverit, cum ratio, ob qm n
libertatis favor major esse censetur quam legati, ad piam
causam quam minime quadret, licet alias libertas & pia
causa equiparari soleant vid. EVERARDUS à Middelburg in
locis argumentorum legalibus loco à libertate ad piam
causam: tamen communis Doctorum est opinio, quæ
etiam in consulendo & judicando observatur, conditio
nem, si non nupserit virgini vel juveni in ultima volun
tate

tate adscriptam non vitiare, sed favore pia causa sustineri,
relictumque non deberi, si virgo, cui indicta haec condi-
cio, contra voluntatem Testatoris nubat, & consequenter
pia causa locum fieri. Guilielmus à Cuneo ad dictum §.
servi L. 69. π de condit. & demonstrat. quem secuti sunt
ALBERICUS & PAULUS ibidem, ARETIUS Consil. 66. Jason in
L. i. num. penult. C. de indicta viduit. TIRACHELLUS de
privilegiis piarum causarum privil. 18. DURAN. de condit.
& demonstrat. p. 64. GUILIELMUS BENEDICTUS in cap.
Raynutius verbis: qui cum alia. ANTON GABRIEL Tom.
opin. commun. L. 10. verbo Legatum. Vivius decisione
480. n. 10. MANTICA de conject. ultim. volunt. L. II. tit.
18. n. 8.

§. 38.

Quod vero ad secundas attinet nuptias (sub quibus
etiam tertia & quartae continentur, secundum enim di-
citur, quod primum sequitur quoquo modo, mediate
vel immediate, denique quod iteratum per L. 4. pr. C. de
bonis quælib. ROLAND à Valle Libr. I. Consil. 72. n. 36.)
magis inter Doctores disceptatur; Num illud, quod in
Novella 22. cap. 43. & 44. in odium secundarum nuptiarum
ab Imperatore Justiniano noviter est constitutum,
adhuc hodie obtineat. Negant id quam plurimi JASON
L. 2. C. de indicta viduit. PETRUS PECKIUS de Testam. con-
jugum L. i. c. 24. CÆVALLOS commun. opin. Libr. r.
Quæst. 101. MATTHIAS STEPHANI ad Nov. 22. n. 112. FRAN-
CISCUS BALDUINUS de condition. cap. 7. COTHMANNUS
Libr. 2. Consil. 65. n. 15. CONRADUS RITTERSHUSIUS ad No-
vellas part. 6. c. 6. h. 7. ZYPÆUS in Notit. juris Belgici de
secundis nuptiis in fine. BUGNONIUS de Legibus abroga-
tis L. 6. collat. 112. OLDENDORPIUS de usucaption. & pra-
script.

G

Script. tit. de nupt. n. 7. PAULUS CHRISTINÆUS Vol. 4.
 Decis. 39. n. 8. aliisque, qui omnes cap. 43. & 44. Nov. 22.
 & Auth. cui relictum C. de indicta viduit. ab usu receffisse,
 & secundum L. 2. de indict. viduit. tanquam utilem Rei-
 publicæ sibi procreandæ causa latam, judicandum ac
 respondendum esse affirmant, in qua opinione etiam est
 SIMON V. GROENEWEGEN de Legibus abrogatis ad Tit. C.
 de indicta viduit. p. 633. ubi rationes ab Imperatore cap.
 43. & 44. Nov. 22. adductas partim falsas, partim ineptas
 esse statuit, aliasque in contrarium adserit; sed posito haud
 tamen concessò, rationes ab Imperatore allatas partim
 falsas esse, partim ineptas, si tamen ipsa constitutio non
 est iniqua aut absurdâ, aut inepta, sed per se clara &
 aqua, cur illam non sequamur? sicuti enim in ultimis
 voluntatibus, quando testator alicui legatum relinquit,
 addita tamen falsa & inepta causa v. g. Cajo pro legato
 relinquo 1000, quia in toto terrarum orbe nullus eo est
 dignior, propterea legatum non intercidit, cum juxta
 notissimam juris regulam falsa causa non vitiet legatum,
 ita falsa & inepta ratio legi addita non statim vitiat legem,
 & cum BARBOSA in Thelauro locorum communium sub
 voce lex axiomat. 36. per Leges & allegationes Doctorum
 pluribus deduxerit, legis mentem magis esse attenden-
 dam, quam verba, quod etiam Baldus L. 3. consl. 366.
 n. 3. probat, ita quoque legislatoris mens est potius at-
 tendenda, quam rationes in lege ab illo adductæ. Ex-
 emplo id assertum illustrabib; Jus Canonicum in cap. 5.
 X. de rapt. dispositi, ut incendiarius poenitens & mor-
 tuus in cœmterio sepeliatur, & ejus hæredes compellan-
 tur satisfacere illis, quibus damnum fuit illatum, ad-
 iecta est ratio, quam Protestantes pro falsa & inepta ha-
 bent,

bent, nempe: ut sic à peccato valeat liberari; quibus verbis respicitur purgatorium, à quo defunctus debet liberari; nihilominus protestantes Icti provocant ad illam Constitutionem juris Canonici, juri civili alias contrariam, quod vult, ut hæredes ex L. Aquilia propter delictum defuncti conveniri non possint, nisi lis fuerit cum defuncto contestata, aut aliquid ex delicto ad hæredes pervernerit) licet ei inepta & falsa causa fuerit adjecta, ut hoc pluribus deduxit GUIL. HIRONYMUS BRÜCKNERUS in dis fert. de eo, quod justum est in foro externo & interno cap. 4. §. 7. p. 83.

§. 39.

Imo si dicendum quod res est, conditio: si in viduitate permanferit; ultimis voluntatibus adscripta, non impossibilis est natura. Objicient quidem quamplurimi, se bona conscientia in viduitate non posse vivere; sed his respondetur, aut nubant in Domino, & quod iis sub viduitatis conditione relictum spernant, aut sequantur consilium Theologi celeberrimi MARTINI CHEMNITII quod P. 3. Exam. Concil. Trid. c. 4. exhibetur, & dignum est, quod viduis nuptias anhelantibus im primatur: Non statim inquit uritur, qui calorem sentit, sed quando in vita cœlibe titillatio concupiscentia aculeis re pungunt, & æstum aliquem sentis, non statim exclames, te uri, sed diligentia, conatus, luctu, temperantia, & oratione fortiter repugnes, timorem Dei & amorem vere pudicitia opposas, impuras cogitationes præcidas, turpes motus reprimas, occasiones vites & robur resistendi a Domino tibi dari petas. Quod si hac diligentia flamme libidinis possunt reprimi, repellvi vel resinguvi nondum laboras uifione, sed hoc ipsum est donum continentia, quod ea diligentia in luctu à potentibus accipitur, excusat, excolitur, & conservatur. Nec pro turpi hæc conditio haberi potest, cum Imperator JUSTINIANUS illam per caput 43. & 44. Nov. 22.

G 2

ver-

verbis sat claris approbaverit; quod vero à Legibus est approbatū, illud pro turpi minime est habendum, tantum abest, quod sit contra bonos mores; jura enim nihil contra bonos mores admittunt, & laudis cedit viduæ, si in viduitate permanferit, commendaturque vidua, quæ primo marito fuit contenta, seu exemplar honestatis & pudicitiae, veluti testatur Imperator JUSTINIANUS in Novella 2. c. 3. Optimum itaque est, atque laudabile & dignum oratione, ut mulieres ita se honeste tractent, quatenus que semel ad virum venerant, servent inviolatum morientium thorum, & hujusmodi mulierem & mirramur pariter, & laudamus, & non procul a virginitate ponimus. Nec etiam hanc conditionem publicæ utilitati contrariam esse censemus; matrimonium enim per conditionem, si in viduitate permanferit, legato adiectam non simpliciter interdicitur, sed dispositio testatoris & legatum in illa relictum tantum restingitur ad easum viduifatis, cui legato renunciare potest, si conditioni adimplendre se imparem sentiat, & ad secunda vota transire velit. BRÜCKNER in Decis. matrimonialibus c. 15. n. 7. & quamvis respubli- ca, si superstes conjux conditionem servet, civibus vel liberis nonnunquam privetur, ex uno tamen vel alio casu non magna jactura inde civitati est metuenda. CARPOZIUS Parte 2. Decis. illustr. Saxon. Decis. 155.

§. 40.

His accedit, quod dispositio Imperatoris quoad conditionem si non nuperit in cap. 43. & 44. Nov. 22. & Authent. cui relictum C. de indicta viduit. per jus Canonicum non sit correcta. Quamvis enim per expressum textum in can. Euphemium caul. 2. quæst. 3. cui assentitur URBANUS III in c. 4 X. de secundis nupt. & INNOCENTIUS III Pontifex in c. fin. X. eodem, pœna jure civili in secundo

nu-

nubentes statutæ, sublatæ videantur, hanc tamen correctionem juris Canonici ad pœnas, quibus afficiuntur jure civili mulieres intra tempus luctus nubentes, veluti pœnam infamiaæ aliasque, quas reperimus in L. 1. 2. 3. & 6. Cod. de sec. nuptiis esse restringendam, minime vero intelligendam de poenis, quas mulier iterum nubens, in gratiam liberorum incurrit, vel quia conjugis defuncti voluntatem, per quam perpetua ei indicitur viduitas, negligit, ex allegatis textibus sole meridiano clarius patet; Non quidem defuerunt, qui omnes pœnas jure civili in secundas nuptias statutas jure Canonico abrogatas esse existimarunt, ut post Gloss. in L. decreto in fin. Cod. ex quibus causis infam. irrog. ARCHIDIAC. in c. Euphemium caus. 2. quæst. 3. & in c. ult. X. de sec. nuptiis. PAULUS CASTRENsis Consil. 366. aliquie allegati ab ANTON GABR. L. 3. commun. conclus. 6. statuerunt. Verum enim vero, si hi juris interpretes rectis oculis dictos textus juris Canonici inspexissent, talem opinionem non fovissent; ipse enim INNOCENTIUS III. Pontifex in c. fin. X. de secund. nupt. distinguit inter pœnam mulieris intra tempus luctus, & secundo nubentis, quarum illam dicit autoritate apostolica esse sublatam, hanc vero dicit manere non sublatam. Cum iaque jus Canonicum in hoc casu tanquam correctorium ac novum stricte in terminis suis, de quibus loquitur, contineri, nec ad alia produci debeat, verior ac receptionis illorum est sententia, qui statuunt, jus Canonicum tantum pœnam illam infamia in secundo nubentes intra tempus luctus jure civili statutam sustulisse, reliquas vero secundarum nuptiarum pœnas in suo vigore reliquisse.: MATTH. de AFFLICT. Decis. Neapolit. 75. JOHANN FICHARDUS Consil. 33. n. 12. vol. 2. ZOESIUS in Comm. ad L. 23.

D. tit. 3. n. 26. JOHANNES CORASIUS L. 3. Miscellan. juris
 cap. 1. DIDACUS COVARRUVIAS de matrimonio P. 2. p. m.
 161. ANDREAS GAILIUS L. 2. observat. 98. CONRADUS RIT-
 TERSHUSIUS in Diff. juris civilis & Canon. L. 2. c. 6. Ex
 quibus colligitur, jure Canonicō minime esse correctum
 id, quod iure civili quoad secundas nuptias est statutum
 in cap. 43. & 44. Nov. 22. & Authent. cui relictum C. de
 indicat. viduit. correctum vero quod non est, quare stare
 prohibeatur, argam. L. sancimus C. de test. & L. præci-
 primus C. de appellat.

§. 41.

Merito itaque in foris nostris tam in consulendo,
 quam in judicando, quoad conditionem viduitatis ulti-
 mis voluntatibus adscriptam, standum juris novissimi
 scilicet cap. 43. & 44. Nov. 22. & Authent. cui relictum C.
 de indicata viduit. toll. dispositioni, nec conjugem super-
 stitem admittendum esse ad relictum censemus, nisi con-
 ditionem viduitatis ei impositam adimpleat, & hoc non
 solum ex communi interpretum opinione, qua de fidem
 faciunt Gloff. in L. seruo invito §. 1. in verbo nupserit ad
 Setum Trebellian. BARTOLUS in L. si vit uxori §. ult. & in
 L. si hoc §. ult. ff. de condit. & demonstrat. DIDACUS CO-
 VARRUVIAS de matrimonio cap. 3. § 9. n. 14. NATT consil.
 355. DECIVS in rubr. C. de secund. nupt. n. 5. TEPATUS in
 compendio Decis. & variarum sentent. P. 3. tit. 626. c. 17.
 SONNEMANN ad cap. 43. & 44. Nov. 22. DURAN. de condit.
 & demonstrat. p. 62. Collegium Argentoratense tit. de
 condit. & demonstrat. th. 25. SIMON v. Levwen in censura
 forensi L. 3. cap. 5. FRANTZIUS Libr. 1. resolut. 15. SAMUEL
 STRYCKIUS in usu mod. tit. de condit. & monstrationi-
 bus § 6. BERGERUS in Oeconomia juris p. 117. n. 3. sed etiam

ex

ex quotidiana praxi; ita enim in Specie, qua maritus certo confisus, post obitum suum viduam ad secunda vota haud accessuram, instituerat eam heredem, addita tamen conditione, ut si viduitatis perfaſe, viro nuberet secundo, certam pecuniaꝝ summam heredibus suis ab intestato restineret. Defuncto autem marito, cum viduæ ēre sua esse videbatur, secundum inire matrimonium, qua tamen cupida totius hereditatis, nil quicquam sibi decessurum contendebat; cum quasitum fuit: Num coadiutio adimplenda eſſet ad hoc ut viduæ universa cederet hereditas? ad consultationem Annæ viduæ F. H. Mense Mayo anno 1648. Seabini Lipsienses responderunt apud CARPOZIUM Part. 2. Decil. 156. hat einer Ehemann F. H. bey Wollziehung der Heynath, weil er dasmals noch einen Sohn erſter Ehe gehabt, eine Eheſtiftung aufgerichtet, und auch auf seinen Todes Fall mehr nicht als 700. fl. vermacht, dergeſtalt, daß Er hingegen aus einer Verloſſenschaft, wenn ihn vor ihm verſterben foltet, ſich in geringſten nichts anmaßen wolte, jedoch wosfern einen Theile unter euch ſäine Kinder verfallen würden, eines das andere mit einer mehren Testamens Weise verſchen ſolte. Als nun vorgeſchichter eures Ehemirths Sohn noch bei deſſen Leben mit Tod abgangen, hat einer Ehemann einer lezten Willen aufgerichtet, und darinnen euch als seinen nunmehr hinterlaſſene Witze zu ſeiner einzigen Erbin eingefetzt mit dieser Bedingung, daß wenn ihr euch anderweit verheirathen würdet, ihr aus ſeiner Erbſchafft ſeinen nächsten Freunden ein taufend und wiederum eurer Tochter ein taufend Gulden abzurichten ſchuldig feint foltet. Nachdem aber aus ſelbigen Orths Karitis dem überlebenden Ehegatten, wenn keine Kinder vorhanden des verſtorbenen ganze Verlaffenſchaft gehörig; So ſteht ehr in den Gedanken, es mußte euch dieſelbe, auf den Fall ihr zur dritten Ehe ſchreiten möchtet, ohne Abzucht verbleiben. Ob ihy nun woldiſſal vor euch anzuziehen, daß der Testator die Eheſtiftung gänzlich casiert, und uachnals vermöge kindbaſter Rechte euch an der portione karikaria, so iſt erwähnter machen ſeine ganze

ganze Verlassenschaft ist, nichts überall entziehen, noch dieselbe mit einem fideicommisso beschwehren könne. Dieweil aber dennoch vorhemelde cassatio der Chelstiftung der institutioni haeredis genau angehengt, und auf solchen Fall nicht undeutlichen adstringiret, dahero keines ohne dem andern bestehen können, überdis auch eures selbst eigenen Berichts nach in der Chelstiftung ferner dispositio testamentaria ihne zugelassen werden, derer er sich auch gebraucht. So verbleibets bei eures Chemanis Disposition billich, und seyd ihr demnach aufn Fall ihr euch fernervweit verehlichen möchtet, seinen Freunden und eurer Tochter die ihnen vermachte Geld-Poffen auszuzahlen schuldig. V. N. W.

§. 42.

Aliam facti speciem cum responso Ictorum Helmstadiensium de anno 1648. d. 29. December ab Henrico Balth. Rothio Antecessori hujus Salane communicatam assert PETRUS MÜLLERUS in dissertatione de odio secundarum nuptiarum cap. 2. thes. 8. hunc in modum: OTTO CHRISTOPHORUS è K. anno 1626. testamentum solenne condidit in scriptis, in quo uxorem suam Beatam H. in casu, quando liberos cum ipsa procreatos non relicturus sit, hæredem in universa bona instituit, ita tamen, ut si viuenda ad secundas nuptias transvolaret, dispositio facta nullum habitura sit effectum, & pactis duntaxat dotalibus stari debeat. Idem Otto Christoph. à K. in anno 1640. codicillos fecit, in quibus prædictum testamentum in omnibus punctis & clausulis, imprimis quoad hæredis institutionem repetit & confirmavit hoc modo: Dass nemhlich seine herzliebe Haush-Frau seine universal instituirte Erbin seyn und verbleiben sollte, doch mit dem bevinge, dass wenn Sie nach Gottes väterlichen Willen diese Welt gesegnen würde, alsdenn alles, was von ihm O. C. à K. herriühre, und auf Sie durch gemeldetes Testamen kommen, vorhanden und übrig seyn würde, in 3. gleiche Theile gesondert, und davon 2. Theile aus des Testatoris Bruders Hansen Wilhelms v. K. seel. Tochter, das dritte Theil aber auch seiner Frauen nechste Anverwandt H. von

von W. Tochter erb- und eigenthümlich kommen und fallen sollte ic:
 Testatore O. C. v. K. anno 1641. mortuo, ejus vidua ex testamento
 praedicto hereditatem mariti defuncti adiit, eamque ad mor-
 tem usque possedit; Ipsa vero triennio ferme post obitum mariti
 anus nupsit denuo anno 1644. quo cum marito usque ad annum
 1648. vixit; stante hoc secundo matrimonio Beata ultimam va-
 luntatem declaravit, in ea non solum de propriis bonis, sed de non-
 nullis etiam rebus ad prioris mariti hereditatem pertinentibus dispe-
 suit. Quæsitus fuit: An Beata de bonis per testamentum mariti delatis quic-
 quam disponere potuerit? Resp. Quoniam in anno 1626 condito testa-
 mento conditio institutionis expresse inserta est, ut quando testatoris
 vidua, prout commodum fuerit ihrer Gelegenheit nach ad secundas nu-
 ptias convolaverit, dispositio nulla & pro non facta debeat estimari.
 Casus vero acciderit, quod renupserit, rem ad causam intestati ve-
 nisse, & substitutionem in codicillis factam evanuisse, nec testatoris
 viduam de defuncti bonis quicquam disponere potuisse, astimandum
 est; Quia Imperator Justinianus in Nov. 22. c. 44. clare sanxit:
 Quid conditio viduatis à testatore seu institutioni heredis,
 seu legatis, fidei commissisque adscripta nullo modo remitti debeat;
 atque adeo vidua vel viduus intra annum relishi petitionem non ali-
 et habeat, quam si conditionem sacerdotio vel ingressu in monasteriu-
 um compleverit, vel post annum Mutianam conditionem in casum nu-
 ptiarum de eo, quod relatum est cum fructibus refiriendo praefiterit.

Frantzius L. I. Var. Resolut. 15. n. 20. & seqq.

Nee obstat, quod à W. filia objiciatur in codicillis praedictæ
 conditionis non fieri mentionem, sed conjugem testatoris pure esse
 institutam. Respondendum enim est, codicillos ratione institutio-
 nis factæ se referre ad testamentum, illudque in omnibus punctis
 ac clausulis confirmari, ut itaque conditio illa in testamento adjecta
 etiam in codicillis repetita censeretur debeat, cum quicquid in eis
 relatō, id etiam referenti inesse censeatur.

L. ait Praetor. g. I. si judex ff. de re judicata.

L. ait toto ff. de hered. institut.

imo juris est decantatissimi, quod codicillis hereditas directo nec
 dari, nec admissi possit.

L. 76. q̄ ad Scutum Trebellian.
 daretur enim hoc casu hereditas in codicillis directo, si conditio
 in testamento adjecta, hic non conferetur repetita.

Bocer. class. disp. 6. n. 11.

Institutione itaque hæredis ita corruente, etiam substitutio
fideicommissaria subsistere nequit.

L. ex pupillari 44. ~~n~~ do vulg. & pupill. substit.

L. si plures 10. §. 4. eodem.

Neque id quod de legatis & fidei commissis ex testamento propter
causam præteritionis liberorum nullo nihilominus solvendis.
in Novella 115. c. 3. s. fin.

Specialiter constitutum est, ad hunc casum, ubi institutio ob non
impletam ei adjectam conditionem resolvitur, utpote plane diver-
sum extendendum videtur, specialis enim ratio illius juris singularis
constituendi illa fuit: Quod, cum propositum fuerit Justiniano, con-
tumeliam exhæredationis minuere liberis, & quantum fieri potuit
auter, hinc autem scopum suum sola institutione rescissa affec-
tus sit, nihil necesse fuerit ultra institutionem hæredis aliquid præ-
terea ex testamento rejicere aut revertere, ut docet Rittershusius in
comment. ad Nov. part. 6. c. 3. n. 27. quæ ratio hic omnino cessat,
utpote cum in hoc casu conjugis proximas agnatas non aliter per
fideicommissum conjugi substituisse testator censeri debeat, quam
sub conditione institutioni uxoris adjecta, si nimur illa ad secun-
das nuptias non convolarit, uti colligere licet ex verbis codicilli.

Dass solch Testament in allen Puncten und Clansulen sonderlich
so viel die Erbeinsetzung betrifft nochmals kräftig bleiben solle.

item: Dass wenn seine Haus-Frau diese Welt gesegnet würde, als
denn was von ihm testatore herrübrig und NB. auf seine Haus-
Frau durch gemeldtes Testament erblich kommen in drey gleiche
Theile gesetzet werden solte ic.

Atque sic in præsenti casu ob defectum prædictæ conditionis
præmemoratam constitutionem infirmatam esse remqæ ad causam
intestati venisse responderunt Icti sequentem in modum.

Alldieweil Otto Christoph von K. seine sel. Haus-Frau Beaten von H.
seinen Testament, so er in anno 1626. zu einer universal-Erben einz-
gesetzt, jedoch mit dem Beding, wenn Sie zur andern Ehe nicht schrei-
ten werde. Ob denn wohl der v. K. hernacher in einen Codicill seiner
Haus-Frauen auf ihren Todess Fall gewisse Personen substituiet; Dies-
weil aber bemeldter Frauen beliebig, zur andern Ehe zu schreiten, und also
gemeldeter Gedinge nicht erfüllter, so hat Sie vor ihres Ehe-Jundern sel.
universal-Erbins nicht gehalten, noch durch selbiges Codicill das
Testament aufgehoben werden können, sondern ist dessen Verlassenschaft

auf seine hæredes ab intestato verfallen, und ist davon offi. gemeldte
Frau zu testiren oder etwas zuvermachen nicht befugt gewesen.

§. 43.

Eodem modo ICti Jenenses mense Aprili anno 1680. ad requi-
fit. Christoph. v. Hopff-Garten apud L. B. de LYNCKER. P. I.
Decis. 64. in casu, quo maritus uxorem hæredem instituit, sub con-
ditione, si vidua manferit, pronunciarunt; Nec silentio in volven-
dum est responsum ab illustri CHRISTIANO WILDVOGELIO
Consiliario intimo & Antecessori hujus Salanae celeberrimo nomine
Illustris ordinis Juridici ad consultationem J. T. Ehrenfried zu
Plauen d. i. Septemb. a. 1700. hunc in modum conceperam, quod
in Consiliis ejus Juridicis est numero CXXXI.

Aureichend hiernechst die andere Frage; ob schon 1) die Rechte ver-
ordnen, quod causa, licet falsa sit, tamen non vitiet legatum.

L. 17. 1. 33. ff. d. condit. & demonstrat.
nempe ut Papinianus inquit, ratio legandi legato non coheret.

L. 72. §. 6. ff. d. t.
quia scilicet legati vis & substantia ex ipsa testatoris voluntate de-
pendet, adeoque sine ulla causa subsistere potest.

Mant. d. conject. ult. volunt. L. 6. tit. 4. n. 15.
Welche doctrina, wie sie de causa impulsiva zuverschaffen, quippe
qua potius est motivum, quam vera causa.

Tiriqu. tract. cestant. caus. limit. I. n. 2.

Hahn ad Wesenb. tit. d. condit. & demonstrat. n. 9. verb. nec falsa causa.

Also 2) dergleichen in gegenwärtigen casu verhanden zu seyn scheinet,
wenn der verstorben Teftator sich mit diesen Worten vernichten lassen:

Mein Weib will nach meinen Tode nicht wieder sprechen: Zunassen
den 3) causa legari in dubio pro impulsiva zuhalten ist.

Carpz. p. 3. c. 9. def. 20. n. 7.
und dannenherb es das Ansehen gewinnen möchte, ob habe die hinterlassene
Wittwe sich des in Testament enthaltenen usus fructus zu erfreuen wenn
sie gleich wieder heurathen würde. Zunmal 4) wenn ja unter diesem Wor-
ten eine conditio verborgen liegen sollte, selbige doch pro turpi zu achten

L. 22. 1. 24. in fin. L. 72. §. 5. ff. de condit. & D.
und also dem legato nicht schaden könnte.

§. 20. & de hered. instit. L. 44. 1. 20. ff. de condit. instit.
Dennoch aber, und pieweil 1) die folgenden in angeregten Testamente
besindliche Worte also lauten:

Darum soll sie ihr Lebensorg in meinen Gütern bleiben ic.

H 2

Wels.

Welche Worte 2) umstreitig causam finalem anzeigen, de qua causa finali juris est, quod ista deficiente ipsum cesseret & deficit legatum.

L. 75. pr. ff. ad SC. Trebellian. Menoch. L. 4. presumt. 172.

Mascard. d. probat. conclus. 1287. n. 72.

Brunnem. ad l. 17. ff. de condit. & demonstrat. n. 7.

Carpz. P. 3. C. 9. d. 20. & Consil. 13.

Dn. de Lyncker. in Analect. ad s. 31. ff. d. legat.

Gestalt 3) der Testator vornehmlich darauf sein Abschren gerichtet und zu glauben wenn er gewußt hätte, daß seine Witwe wieder heurathen solle, er ihy dies Legatum nicht würde vermacht haben, und also diese Worte eine tacitam conditionem inferirent, nec enim ex verborum figura conditio est affirmanda, sed & ex eorum vi ac potestate, quam sola testatoris inducit voluntas

L. 19. pr. & s. 1. L. 101. s. 2. ff. de condit. & demonstrat.

Außer dem auch 4) si causa respiciat honorem testatoris, ea finalis potius, quam impulsiva habetur.

Mantic. d. conj. ult. vol. I. 6. tit. 14. n. 14.

Carpz. L. 6. resp. 22. n. 13. seqq.

Hieruchst 5) was de conditione, si non nupserit legato, aut institutioni adjecta, angeführt worden, daß nehmlich solche pro turpi adeoque non adjecta zu halten. Nur von denen legatis, que virginibus relinquuntur, zu verfischen ist, ita ut conditio de non nubendo haud impedimento sit nuptiis primis, sed quoad eas pro non scripta habeatur, bey verwohnten Weibes-Personen aber allerdinge beständig ist, und von ihnen erfüllter werden muß, wenn sie anders des Legati oder der Erbschafft thellhaftig werden wollen.

Per Authent. cui reliquum C. de indicet. viuunt. toll. & Nov. 22. cap. 43. & 44.

Cum viduæ honestum sit & laudabile à licita etiam abstinere fornicatione h. e. à secundis nuptiis wie sie genannt werden.

in Can. hac ratione XXXI. qu. 1.

vid. Carpz. P. 2. Decis. 156.

Frantz. Libr. I. Iesolut. 15. n. 40.

Sand. L. 4. dec. Friscic. tit. 6. dec. 3.

So ist dannenhero die hinterlassene Witwe entweder sich der anderweltigen Verehrigung zu enthalten schuldig, oder wenn sie sich verheirathet, des legierten usus fructus verlustig re.

T A N T U M.

Jena, Diss., 1722 (1)

TA - OL

Bd. 1

f

v. 18



3



DISSE^TRAT^O JURIDICA
DE CONDITIONE:
SI NON NVPSERIT, VLTIMIS
VOLVNTATIBVS ADJECTA,

Quam

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO

DOMINO

GVILIELMO HENRICO

DUCE SAXONIÆ, JULIACI, CLIVIÆ, MONTIUM
ANGARIÆ ET WESTPHALIÆ, & RELOVA

CONSENSU ILLUSTRIS FACULTATIS JURIDICÆ

SUB PRÆSIDIO

J. O. SALOMONIS BRUNQVELLI

J. U. D.

PATRONI AC PRÆCEPTORIS SUI OMNI OBSERVANTIE
CULTU PROSECVENDI

IN ILLUSTRI ACADEMIA JENENSI
MDCCXXII. d. MAJ.

PUBLICO ERUDITORVM EXAMINI SUBMITTET

HEINRICUS BLOCK,

Efena Frisius.

JENAE,
LITTERIS MARGGRAFIANIS,